Cap. 4. Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cælo & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum dicens, tomo 1. 1544. c

Vidi, ecce oſtium apertum in cælo, vox prima quam audiui mecum, tomo 1. 1570. c

Et ſeptem lampades ardentes ante thronum quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei, & in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo, tomo 1. 1545. c

Et ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, tomo 15. 362. c 1

Et viginti quatuor ſeniores procidentes ante ſedem adorauerunt viuentem in ſæcula ſæculorum, tomo 4. 287. a

Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem, tomo 4. 1105. b

Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & poteſtatem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam facta ſunt, tomo 4. 267. b

Cap. 5. Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus & foris, tomo 4. 1032. a

Et vidi & audiui vocem multorum Angelorum in circuitu Throni, &c. tomo 1. 1386. a

Redemiſti nos in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & gente & feciſti nos Deo regnum, tomo 4. 282. b

Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, tomo 1. 15 . d

Et vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem quaſi occiſum, habentem cornua ſeptem, tomo 4. 105. e

Agnus miſſi & occiſus, tomo 15. 804. b 1

Viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, tomo 15. 362. c 1

Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſigna eius, tomo 15. 804. a 1

Et vnus de ſenioribus dixit mihi, ne fleueris ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, tomo 1. 1547. b

Cap. 6. Et vidi quod aperuiſſet Agnus vnum de ſeptem ſigillis, &c. tomo 1. 1548.

Et cum aperuiſſet agnus vnum ex ſeptem ſignis, tomo 1. 1387. a

Et vidi & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum & data eſt ei corona, tomo 1. 1548. e

Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens veni & vide, &c. tomo 1. 1549. c

Et cum aperuiſſet tertium ſigillum, audiui tertium animal, dicens, &c. tomo 1. 1549. e

Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis, &c. tomo 1. 1550 d

Et cum aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubter altare animas interfectorum propter verbum Dei, tomo 1. 1551. b

Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei & propter teſtamentum, &c. tomo 4 part 2. 784. b

Data ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, &c. tom. 4. 1128. a

Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc pauxillum temporis, tomo 1. 1551. c

Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum, &c. tomo primo, 1551. e

In fine ſæculi erit ſol, ſicut ſaccus cilicinus, tomo 16. 556. a 2

Dicent montibus & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, &c. tomo quinto, 795. c

Cap. 7. Poſt hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, &c. tomo 1. 1591. d

Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui, tomo quarto, parte ſecunda, 169. e

Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum, tomo primo, 1554. b

Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & rum, & quatuor animalium, &c. tomo 1. a

Poſt hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, &c. tomo 4. part. .170. d

Et audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor millia ſignati, tomo primo, 1554. c

Et reſpondit vnus de ſenioribus & dixit mihi: hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & vnde venerunt, &c. tomo primo, 1556. b

Et dixit mihi: hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas, &c. tomo primo, 1556 c

Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, &c. tomo 6. 344. c

Agnus qui eſt in medio throni reget eos & ducet eos ad vitæ fontes aquarum, tomo 4. 272. e

Quoniam Agnus qui in medio Throni eſt, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, &c. tomo primo, 1556 e

Et deducet eos ad vitam aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ex oculis eorum, tomo primo, 1401. a

Cap 8. *Et cum aperuiſſet ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo,* tomo primo, 1402. a

Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factũ eſt ſilentium in cœlo media fere hora, &c. tomo primo, 157 b

Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt ei incenſa multa vt daret de orationibus omnium ſanctorum, tomo quarto, parte ſecunda, 784. a

Et data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, tomo 1. 1557. d

Et aſcendit fumus incenſorum, de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo, tomo 1. 1557 e

Et facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus, &c. tomo 1. 1558 b

Et primus Angelus tuba cecinit, & facta eſt grando, & ignis mixta in ſanguine, & miſſum eſt in terram, &c. tom. 1 1558. d

Et ſecundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens, miſſus eſt in mare, &c. tomo 1. 1559. b

Et tertius Angelus tuba cecinit. Et cecidit è cœlo ſtella magna, ardens tanquam facula, tomo 1. 1559. d

Et quartus Angelus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, &c. tomo primo, 1403. a

Et vidi, & audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium cœli, tomo 1. 1560. e

Cap. 9. *Et quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram,* tomo 1. 1560. e

Et quintus Angelus tuba cecinit. Et vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi, &c. tomo quarto, parte ſecunda, 498. c

Et ſextus Angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, &c. tomo 1. 1562. d

Et vox alarum earum, ſicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum, &c. tomo 1. 1561. d

Et in illis diebus quærent homines mortem, & non inuenient eam, tomo 1. 1561. d

Cap. 10. *Et vidi alium Angelum, deſcendentem de cœlo amictum,* tomo 1. 1564 b

Vidi alium Angelum fortem, deſcendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, &c. t. 1. 1408. a tomo 4. 1082. b

Et abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi librum, &c. tomo primo, 1565. c

Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, &c. tomo primo, 1565. d

Et Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, tomo primo, 1564. e

Et habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare, &c. tomo 1 1564 c

Et Angelus, qui tenebat pedem dexterum ſuper mare, tomo quarto, 1261. b

Audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem, &c. tomo 1. 1565.

Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, &c. tomo 1. 1565 a

Cap. 11. *Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ & dictum eſt mihi: ſurge & metire templum Dei & altare & adorantes in eo,* tomo 4. parte 2. 795 e

Surge & metire templum Dei & adorantes in eo, &c. tomo primo, 1411. b

Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & factæ ſunt voces magnæ in cœlo, &c. tomo 1. 1568. c

Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos, &c. tomo 1. 1567 a

Et apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt arca, teſtamenti eius in templo eius, &c. tomo 1. 1559 a

Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, &c. tomo primo, 1563. d

Et reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cœli, &c. tomo 1. 1568. b

Et viderunt illos inimici eorum, & in illa hora factus eſt terræ motus magnus, &c. tomo 1. 1568. a

Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora ipſorum per tres & dimidium, &c. tomo primo, 1567. c

Et cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduerſus eos bellum, &c. tomo 1. 1567. a

Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore ipſorum, & deuorabit inimicos eorum, &c. tomo 1. 1566. e

Quod ſi quis velit eis nocere, ignis egredietur ex ore ipſorum, & deuorabit hoſtes eorum. Hi poteſtatem habent claudendi cœlum, ne pluat diebus Aduentus Antichriſti: & aquam conuertendi in ſanguinem, ac percutiendi terram omni plaga quotieſcunque voluerint. Cumque prædicauerint hæc omnia, occumbent gladio interfecti à diabolo. Et implebunt teſtimonium ſuum, tomo 12. 591. d, e

Cap. 12. *Et ſignum apparuit in cœlo, mulier amicta ſole, &c.* tomo primo, 1569. b

Signum magnum in cœlo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, tomo 1. 1416. a

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce draco magnus, &c. tomo primo, 1570. a

Et cauda illius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram, tomo 1. 1570. d

Et factum eſt prælium magnum in cœlo, &c. tomo primo, 1571. e

Factum eſt prælium magnum in cœlo, Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli ejus, & non præualebant, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo, tomo 15. 611. d e

Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij ſui, &c. tomo 1. 1570. e

Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem. Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, &c. tomo primo, 1570. d

Væ terræ & mari quia proiectus eſt Diabolus ad vos, tomo 15. 415. a e

Proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus qui vocatur Diabolus & Satanas qui ſeducit vniuerſum orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſſi ſunt in abyſſum, tomo 15. 611. d e

Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, tomo primo, 1570. b

Et præcipitatus eſt draco accuſator fratrum noſtrorum, &c. tomo 2. 165. a

Poſtquam vidit draco, quod proiectus eſt in terra, perſecutus eſt mulierem, &c. tomo 4. 1082. d

Et poſteaquam vidit draco, quod proiectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum, &c. tomo primo, 1573. b

Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, tomo primo, 1570 e

Et iratus eſt draco aduerſus mulierem, & abijt, vt faceret prælium cum reliquis de ſemine eius, &c. tomo primo, 1573. d

Et draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret, tomo 1. 1570. a
Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen, &c. tomo 1 1573 d
At mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, &c. tomo 1. 1571. b
Et in vtero habens, & clamat parturiens, & cruciatur, vt pariat, tomo 1. 1569. e
12. & 13. *Et ſteti ſuper arenam maris, & vidi de mari beſtiam aſcendentem,* tomo 1. 1574. b
Cap. 13. *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat, &c.* tomo 1.1575. e
Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo agni ſimilia, &c. tomo 4 part. 2. 536. e
Et beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut vrſi & os eius ſicut os leonis, tomo 1. 1574. d
Et vidi aſcendentem beſtiam de mari habentem cornua decem & capita ſeptem, & ſuper capita eius decem diademata, &c. tomo 4. part. 2. 542. a
Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem cornua ſeptem, &c. tomo 9. 1319. a
Et vidi beſtiam aſcendentem de mari, habentem cornua decem & capita ſeptem, & ſuper cornua eius diademata, &c. tomo 1. 1419. d
Super capita eius nomina blaſphemiæ, tomo 15. 240 d 1
Quis ſimilis beſtiæ & quis poterit pugnare cum ea? tomo 4. part. 2. 542. d
Et ſeducit habitantes in terra propter ſigna, quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, tomo 1. 1576. c
Dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit, &c. tomo 1. 1576. c
Et datum eſt illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos, tomo 1. 1575. b
Et vidi vnum de capitibus eius quaſi occiſum in mortem & plaga mortis eius curata eſt, tomo 1. 1574. e
Et datum eſt illi os loquens magna, & blaſphemias, &c. tomo 1. 1575. a
Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, &c. tomo primo, 1574. e
Si quis habet aurem, audiat, qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet, &c. tomo 1. 1575. b
Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius, &c. tomo 1. 1576. b
Et dedit illi draco potentiam ſuam, & Thronum ſuum, & poteſtatem magnam, tomo 1. 1574. d
Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ, tomo 1. 1577. e
Qui habet characterem, aut nomen beſtiæ aut numerum nominis eius, tomo 16. 620. b 1
Cap 14. *Et vidi & ecce agnus ſtabat ſuper montem Sion & cum illo centum, &c.* tomo 4. 283. c
Et vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, &c. tomo primo, 1577. d
Et ecce vidi Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, &c. tomo 1 1416. b
Hi cum mulieribus non ſunt coinquinati, &c. tomo quarto, 1112. a
Et nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra, &c. tomo primo, 1578. a
Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, &c. tomo 1. 1577 e
Si quis adorat beſtiam & imaginem eius, & accipit notam in fronte ſua, &c. tomo 4. 108. e
Si quis adorauerit beſtiam & imaginem eius & acceperit characterem in fronte ſua aut in manu ſua, &c. tomo quarto parte ſecunda, 171. e
Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt beſtiam & imaginem eius. &c. tomo 1. 1579. d
Alius Angelus ſecutus eſt dicens, tomo 1. 1579. a
Et vidi alterum Angelum volãtem per medium cæli, t. 1. 1578. d
Et vidi alium Angelum volantem de medio cælo, habentem Euangelium, &c. tomo 4. 107. d
Et vidi alium Angelum volantem in medio cælo habentem Euãgelium æternum. &c. tomo 4 287 a
Adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum, tomo 4. 1105 b
Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magna, &c. tomo 1. 1577 b
Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatem ſuper ignem, &c. tomo 1. 1581. a
Et alius Angelus exiuit de templo, quod eſt in cælo, habens & ipſe falcem acutam, tomo 1.1538.
Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem, tomo 1.1580 d
Et audiui de cælo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c. tomo 1. 1580 a
Et miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, &c. tomo 1. 1581. b
Hic ſapientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu, tomo 1. 1579. e
Et vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, &c. tomo 1. 1580. d
Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta, tomo 1. 1581. d
14 & Eccleſiaſtici 26. *Et cum mulieribus non ſunt polluti, crura illius, columnæ marmoreæ quæ fundata ſunt ſuper baſes aureas,* tomo 1. 334. e
Cap. 15. *Et vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile,* tomo 1.1419. d
Et vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile, &c. tomo 1. 1582. e
Magna & mirabilia tua opera, Deus omnipotens, tomo quarto 1150 d
Habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, &c. tomo 4. 1085. b,
Cantantes canticum Moyſi, & canticum Agni dicentes, &c. tomo 4. 1102 e
Et cantant canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum agni dicentes, magna & admirabilia ſunt opera tua, Domine Deus omnipotens, tomo 1. 1582. e
Et vnum ex quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem Phialas aureas, plenas iracundia Dei viuentis in ſæcula ſæculorum, tomo 1. 1583. b
Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt beſtiam, tomo 1 1581. e
Et nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum, tomo 1. 1583. c
Et poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cælo, tom. 1 1583. a
Et impletum eſt templum Dei fumo à maieſtate Dei, & de virtute eius, tomo 1. 1583. c
Cap. 16. *Et audiui vocem magnam de templo, dicentem ſeptem Angelis, &c.* tomo 1. 1584. a
Et ſecundus Angelus effudit Phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui, &c. tomo 1. 1584. c
Et tertius Angelus effudit phialam in flumina, & in fontes aquarum, &c. tomo 1. 1584 a
Et quartus Angelus effudit Phialam ſuam in ſolem, &c. tomo 1. 1586 a
Et quintus Angelus effudit Phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, &c. tomo 1. 1586 d
Et ſextus Angelus effudit Phialam ſuam in flumen illud magnum Euphratem, tomo 1. 1587. a
Et ſeptimus Angelus effudit Phialam ſuam in aerem, &c. tomo 1. 1589 a
Et vidi ex ore draconis, & ex ore beſtiæ & ex ore Pſeudoprophetæ, &c. tomo 1. 1588. a
Et vidi ex ore draconis & ex ore beſtiæ & ex ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modum ranarum, to. 4. pa. 2. 542. a
Et audiui alterum ex altari dicentem, etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta ſunt iudicia tua, tomo 1. 1585. b

Iuſtus es, qui es, & qui eras ſanctus, qui hoc iudicaſti: tomo 4. 1088. a

Ecce venio tanquam fur, Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, &c. tomo primo, 1588. c

Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, & procedunt ad Reges totius terræ, &c. tomo primo, 1588. b

Cap. 17. *Et venit vnus de ſeptem Angelis, qui habebat ſeptem Phialas, &c.* tomo primo, 1590. d

Et venit vnus de ſeptem Angelis, habentibus ſeptem phialas, & locutus eſt mecum, &c. tomo 1. 1435. e

Et Reges ſeptem ſunt, quinque ceciderunt, & vnus eſt, alius nondum venit, &c. tomo 1. 1593. c

Et beſtia quæ erat, & non eſt & ipſe octauus eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum vadit, tomo 1. 1593. d

Beſtia quam vidiſti fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum ibit, tomo 1. 1592. b

Et decem cornua quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, &c. tomo 1. 1593. e

Septem capita, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet, &c. tomo 1 1592. d

Hi vnum conſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent, &c. tomo 1. 1594. a

Aquæ quas vidiſti, ſuper quas ſedet meretrix Babylon populi gentes ſunt, tomo 1. 22 e

Aquas, illas quas vidiſti, populi ſunt, & gens & linguæ, tomo ſecundo, 180. e

Et dixit mihi, aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet populi ſunt, &c. tomo 1. 1594. b

Et mulier circundata erat purpura, coccino, & inaurata auro & lapide pretioſo, & margaritis, tomo 1. 1591. b

Habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia, tomo 1. 1591. b

Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna mater ſcortationum & abominationum terræ, tomo primo, 1591. c

Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Ieſu, &c. tomo 1. 1591. e

Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ a conſtitutione mundi, &c. tomo 1. 1592. c

Cap. 18. *Et poſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam, &c.* tomo 1. 1439. c

Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens, &c. tomo 1. 1597. d

Exulta ſuper eam cœlum, & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa, tomo primo, 1597. c

Exulta ſuper eam Cœlum, & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, tomo quarto, 1 88 a

Flebunt illam, & plangent ſe ſuper illam Reges terræ, &c. tomo primo, 1596. b

Quia in corde ſuo dicit, ſedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo, tomo 1 1595 b

In quantum glorificauit ſe & in deliciis extitit, &c. tomo tertio, 74. b

Væ Ciuitas illa magna Babylon, Ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum, tomo nono, 1306. b

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes & Reges terræ cum illa fornicati ſunt, tomo 1. 1439. c

Et terra illuminata eſt à gloria eius & exclamauit in fortitudine dicens. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, &c. ibidem.

Et exclamauit in fortitudine, dicens, Cecidit Babylon magna, &c. tomo 1. 1595. a

Cecidit, cecidit Babylon magna, mercatores terræ de virtute deliciarum eius, &c. tomo 1. 1159. b

Et omnis gubernator, & omnis qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longe ſteterunt, & clamauerunt, &c. tomo primo, 1597. a

Mercatores horum, qui diuites facti ſunt, ab ea longe ſtabunt, propter timorem tormentorum eius, flentes & lugentes, & dicentes, &c. tomo 1. 1596. e

Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam quoniam merces illorum nemo emet amplius, &c. tomo primo, 1596. c

Et omne lignum Thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, &c. tomo 1. 1596. c

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, &c. ibidem. a

Reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ, de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt, &c. tomo 1. 1595. b

Et animarum hominum. Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, &c. tomo 1. 1596. e

Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem, Exite de illa populus meus, &c. tomo 1. 1595. c.

Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis, &c. tomo primo, 1595 d

Cap. 19. *Poſt hæc audiui vocem tubarum, in Cœlo dicentium, &c.* tomo 1. 1443. d

Poſt hæc audiui quaſi vocem tubarum multarum in Cœlo dicentium, &c. tomo 1. 1598 d

Et audiui vocem quaſi tubæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, &c. tomo 1. 1599. a

Et vidi vnum Angelum ſtantem in ſole, &c. tomo 1. 1601. e

Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis & verax, &c. tomo 1. 1600 c

Et vidi Cœlum apertum, & ecce equus albus & qui ſedebat in eo fidelis & verax, & in iuſtitia iudicat, & pugnat, tomo decimoquinto, 623 c 1

Oculi eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocatum eſt nomen eius verbum Dei, ibidem.

Idemque Rex Regum, & Dominus Dominantium, tomo decimoſexto, 457. d 2

Rex Regum & Dominus Dominantium, tomo quarto, 876. d

Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius, &c. tomo 1. 1602. e

Et vidi beſtiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius, tomo 1. 1602. c

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei quia venerunt nuptiæ Agni, vxor eius præparauit ſe, &c tomo primo, 1599. c

Venite, & congregamini ad cœnam magni Dei, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, &c. tomo 1. 1601. a

Et apprehenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſa, per quæ ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, &c. tomo 1. 1601. e

Et vox de Throno exiuit, dicens. Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius, & qui timetis eum puſilli & magni, tomo 1. 1598. e

De ore eius procedebat gladius ex vtraque parte acutus, &c. tomo quinto, 795. d

Et ex ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, &c. tomo primo, 1601. b

Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur illum in equis albis veſtiti byſſino albo & mundo, tomo 1. 1601. b

Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure, tomo 1. 1602. d

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum, & dicit mihi, vide ne feceris conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu, &c. tomo 1. 1600. a

Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine; & vocabatur nomen eius verbum Dei, tomo 1. 1601. a

Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, &c. ibidem. c

Cap. 20. *Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo habentem clauem Abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, &c.* tomo 1. 1447. e

Sed erunt Sacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum mille annis, tomo 1. 1450. b

Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Satanas de carcere ſuo, &c tomo 1. 1605. d

Cæteri vero mortuorum non vixerunt, donec conſummarentur mille anni, &c. tomo primo, 1604. e
Et vidi Thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, &c. tomo 1. 1607. e
Et vidi ſedes & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis, &c. tomo primo, 1604. b
Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ & circuierunt caſtra ſanctorum, & Ciuitatem dilectam, &c. tomo primo, 1606. e
Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant, &c. tomo 1. 1608. d
Et mors & infernus miſſi ſunt in ſtagnum ignis: hæc eſt mors ſecunda, & qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis, ibidem. e
Et vidi mortuos magnos & puſillos, & aperti ſunt libri, &c. tomo primo, 1450. e
Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Throni, & Libri aperti ſunt, &c. tomo 1. 1608. e
Beatus qui habebat partem in reſurrectione prima, tomo 2. 247. e
Beatus qui habet partem in reſurrectione prima, tomo 16. 620. d 2
Cap. 21. *Et vidi cœlum nouum, & terram nouam,* tomo 15. 383. d 1
Et vidi cœlum nouum, & terram nouam, primum cœlum & terra & mare iam non eſt, &c. tomo 1. 1453. e
Et venit ad me vnus de ſeptem Angelis habentibus Phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis, & locutus eſt mecum, dicens, &c. tomo 1. 1611. c
Et dixit qui ſedebat in Throno. Ecce noua facio omnia, &c. tomo primo, 1610. c
Et audiui vocem magnam de Throno dicentem, &c. tomo 1. ibidem. a
Et ego Ioannes vidi ſanctam Ciuitatem Ieruſalem nouam, deſcendentem de Cœlo, à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. tomo primo, 1609. e
Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum, & altum, & oſtendit mihi Ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de Cœlo à Deo, habentem charitatem Dei, tomo 1. 1611. d
Veni oſtendam tibi ſponſam Agni; & oſtenſa eſt illi ciuitas ſancta Ieruſalem, deſcendens de Cœlo à Deo habens charitatem Dei, tomo 9. 1261. b
Veni oſtendam tibi nouam nuptam vxorem Agni, & duxit me, &c. tomo 4. 98. d
Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta & latitudo, &c. tomo 1. 1612. e
Et templum non vidi illa, Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & Agnus, tomo 1. 1615. b
Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, &c. tomo 1. 1613. b
Et platea Ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum, tomo 1. 1615. a
Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum, tomo 1. 1612 d
Et menſus eſt murum eius, centum quadraginta quatuor cubitorum, &c. tomo 1. 1613 a
Et murus Ciuitatis habebat fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim Apoſtolorum Agni, tomo 1. 1612. e
Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, tomo 1. 1611. e
Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, &c. to. 1. 1612. b
Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt, &c. tomo 1. 1614. e
Et Ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea, &c. tomo primo, 1615. b
Et lumen eius ſimile lapidi precioſo, tanquam lapidi iaſpidis ſicut cryſtallum. tomo 1. 1611 d
Qui vicerit, poſſidebit hæc: & ero illi Deus, & erit mihi filius, tomo 1. 1610. d
Reges terræ afferent gloriam ſuam in ea, tomo 6. 259. e
Et afferent gloriam & honorem gentium in illam, non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, &c. tomo 1. 1615. d
Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, faciens abominationem & mendacium, tomo 16. 57. b 2
Timidis & incredulis, execratis & homicidis, &c. tomo 4. 1227. d
Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, &c. tomo 1. 1610. d
Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in igne ardenti & ſulphure, quod eſt mors ſecunda, tomo 16. 176. e 1
Et ambulant gentes quæ ſaluatæ fuerunt in lumine eius, tomo 1. 1615. c
Et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt, tomo 1. 1610. b
Cap. 22. *Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ clarum tanquam, &c.* tomo tertio, 900. a
Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, &c. tomo 1. 1615. e
Et oſtendit mihi aquæ cryſtallum, de Sede Dei, & Agni eius, &c. tomo 1. 1458. a
Sed Sedes Dei & Agni in illa erunt, ſerui eius ſeruient illi, & videbunt faciem eius, &c. tomo 1. 1617. a
Et qui ſitit veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis, tomo 1. 1619. e
Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, tomo 1. 1616. a
Et nox vltra non erit ibi, & non egent lumine lucernæ, neque lumine ſolis, &c. tomo 1. 1617. b
Ego ſum primus & nouiſſimus, ego ſum radix & origo Dauid: Ego ſum ſtella matutina, tomo 4. 299. e
Et Dominus Deus ſpirituum Prophetarum miſit Angelum ſuum, &c. tomo 1. 1617. d
Ego Ieſus miſi Angelum meum teſtificari vobis hæc in Eccleſijs, tomo 1. 1619. c
Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatem, ibid. a
Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & portis intrent in Ciuitatem. Foris canes, & impudici, & venefici, & omnis qui amat, & facit mendacium, tomo 16. 428. d 1
Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium, &c. tomo 1. 1619. c
Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat, tomo decimoſexto, 507. b 1
Qui nocet, noceat adhuc, & qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc, & qui iuſtus eſt, &c. tomo 1. 1618. e
Ecce venio velociter. Beatus qui cuſtodit verba Prophetiæ libri huius, tomo 1. 1617. e
Et dixit mihi. Hæc verba fideliſſima ſunt & vera, &c. tomo 1. 1617. d
Et dixit mihi. Ne ſignaueris verba Prophetiæ libri huius, &c. tomo 1 1618. e
Conteſtor autem omnis audienti verba Prophetiæ libri huius, &c. tomo 1. 1620 a
Et ego Ioannes qui audiui & vidi hæc, &c. tomo primo, 1460. e
Et ego Ioannes qui vidi, & audiui hæc. Et poſtquam audiuiſſem, &c. tomo 1. 1618. e
Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum: etiam venio cito. Amen, Veni, Domine Ieſu. Gratia Domini noſtri Ieſu Christi, cum omnibus vobis, Amen. tomo 1. 1620, b

FINIS.

INDEX
CHRONOLOGICVS SIVE
ELENCHVS AVTHORVM ET OPVSCVLorum omnium, quæ in hac Magna veterum Patrum & Scriptorum antiquorum Eccleſiaſticorum Bibliotheca continentur, ordine temporum & Hiſtorica Methodo per Sæcula, vti vixerunt, diſpoſitus.

*Aſteriſco * Notata in margine Græcè & Latinè edita ſunt.*

SÆCVLO PRIMO CONTENTA.

ARISTEAS qui putator vixiſſe regnante apud Ægyptios Ptolomeo Philadelpho: ſcripſit de Septuag. duobus Scripturæ Sacræ Interpretibus ad Philocratem fratrem Hiſtoriam, quæ extat Græce & Latine, tomo 13. pag. 854. de quo *
Libro vide quæ habentur initio eiuſdem Hiſtoriæ,

Sibyllarum Oracula magnæ fuiſſe apud primos Chriſtianos authoritatis nemini in antiquorum Patrum ſcriptis vel leuiter verſato, poteſt eſſe dubium, quippe ad quorum lectionem ipſum S. Paulum Chriſtianos adhortatum fuiſſe, teſtis eſt Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, extant ea Oracula in 8. lib. digeſta Græce & Latine, adiectis earumdem Sybillarum Oraculis ex Lactantio & aliis, tom. 14. pag. 1. & ſequentibus. in quibus tamen conſtat multa ſub Sibyllarum nomine falsò eſſe inſerta. Videat qui volet de Sibyllis plura, apud Sixtum Senenſem lib. 2. Biblioth.

Sanctiſſima Virgo Deipara Maria. cui extat ad ſanctum Ignatium Epiſcopum & Martyrem, Epiſtola adſcripta tomo 11. pag. 2.

S. Petrus, Miſſa Apoſtolica ſeu Diuinum Sacrificium S. Apoſtoli Petri, cum Canone Latino S. Eccleſiæ Romanæ extat Græce & Latine, tomo 12. pag. 360.

S. Iacobus Frater Domini, author Epiſtolæ, quæ inter ſeptem Canonicas prima eſt, compoſuit Diuinam Miſſam, cuius meminit Proclus Conſtantinopolitanus, multi antiqui Patres, & Concilium Trullanum Canone 32. bis verbis: *Nam & Iacobus Ieſu Chriſti Domini noſtri Frater ſecundùm carnem, cui primùm Ieroſolymitana Eccleſiæ thronus creditus, & Baſilius Cæſareæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito ſacrificio, peragendum in ſacro myſterio ex aqua & vino Sacrum poculum ediderunt.* Extat hæc Miſſa, ſed ab aliis aucta, Græce & Latine tomo 12. *
pag. 241. De authoritate & fide huius Miſſæ ſancti Iacobi, conſule Sixtum Senenſem lib. 2. Biblioth. In Iacobo, Claudium Sanctesium, & Iacobum Pamelium in Liturgiis. Conſtat ſanctum Cyrillum Hieroſolymitanum Cathecheſi 5. Myſtagog. plura ex illa mutuatum. Dicitur à quibuſdam hic Iacobus ſcripſiſſ. Euangelium, quod ſecundum Hebræos inſcribebatur, ex quo fragmenta extant apud Hieronymum. Scribit & S. Athanaſius in Synopſi Iacobum in Euangelium Matthæi primum omnium interpretationem adhibuiſſe. Extat & nunc ſcriptum aliquod Apocryphum, quod Protoeuangelium Iacobi inſcribitur, ſed quia ab hæreticis noſtri temporis primò vulgatum eſt, omittendum putauimus.

S. Marcus Apoſtolus & Euangeliſta, Petri Diſcipulus præter Euangelium dicitur ſcripſiſſe Vitam S. Barnabæ Apoſtoli, quam putatur Beda in Latinam linguam tranſtuliſſe. Edita eſt etiam à Cardinale Sirleto, ſub huius nomine Liturgia quædam, Eccleſiæ Alexandrinæ tradita quæ habetur Græce & Latine, tomo 12. pag. 264. *

Auctor Apochr. S. Herma, Hermes ſiue Hermen qui D. Pauli Diſc. fuit, ſcripſit eius Operis quod à

Patribus Paſtoralis ſeu Paſtoris nomine inſcribitur & citatur. libr. 3. adiectis operis initio frequentibus antiquorum Patrum teſtimoniis, quibus eius authoritas & fides aſſeritur, ad marginem vero adſcriptis locis ex Origene, quibus huius operis aliquot ſententias citat, ac ſæpe etiam non dedignatur interpretari; extat hoc opus, tomo 5. col. 1. & cuius meminit idem D. Paulus in Epiſtola ad Romanos & Martyrolog. Romanum:

S. Prochorus Chriſti & D. Ioannis Euangeliſtæ Diſcipulus, vnus fuit ex ſeptem primis Diaconis, fide autem & miraculis clarus: martyrio coronatus eſt: de quo vide Martyrol. Romanum. Narratio ſeu Hiſtoria de vita, miraculis & Aſſumptione S. Ioannis Apoſtoli illi falſo adſcripta & Apocrypha extat, to. 7. col. 108.

S. Linus vnus ex Septuaginta duobus diſcipulis, poſtea P. Petri in Pontificatu fuit ſucceſſor, & Martyr. Feruntur ſub huius nomine libri duo, de Paſſione SS. Chriſti Apoſtolorum Petri & Pauli, ad Eccleſias Orientales, falſo tamen adſcripti, qui extant, tomo 7. col. 151.

S. Ignatius Martyr, tertius poſt B. Petrum Antiochenus Epiſcopus fuit, ſcripſit Epiſtolas quaſdam prorſus Apoſtolicas, quæ vnà cum epiſtolis B. Virg. ad ipſum extant Græce & Latinè tom. 11. pag. 1. initio operis adiecto Ignatianæ vitæ & Doctrinæ ſummario breui, & ſparſim notatis locis pluribus quos ex illis citauerunt Patres.

S. Polycarpus Martyr Smyrnæorum Epiſcopus, & Diſcipulus S. Ioannis Euangeliſtæ, ſuperuixit vſque ad imperium M. Antonini, ſcripſit vnam Epiſtolam ad Philippenſes, quæ extat, tomo 3. col. 923.

S. Martialis Apoſtolus, Confeſſor & Epiſc. primus Lemouicenſis, cognomento Cephas, quem Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum vnum dicit fuiſſe ex 72. diſcipulis, duas dicitur ſcripſiſſe epiſtolas, vnam ad Burdegalenſes, alteram ad Tholoſanos, quæ extant to. 3. col. 1. & ſeqq. Putat Clemens Alexandrinus loco ſupra citato, hunc illum eſſe Cepham, cui Apoſtolus Paulus in faciem reſtitiſſe ſcribitur; ſed eam opinionem, vt commentitiam meritò reiicit Hieronymus, cum, vt ait Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ, res ipſa doceat totum illum Sermonem ad B. Petrum Apoſtolum pertinere, eaque conſtans eſt iſtius loci interpretũ & Eccleſiaſticorum Scriptorum ſententia.

Teſtamentum 12. Patriarcharum filiorum Iacob habetur, tomo 5. col. 531. hunc Librum, quia à Margarino in Bibliotheca erat prius, nos etiam hic adiiciendum putauimus: nam quamuis ſit Apocryphus, eſt tamen peruetuſtus; quippe cuius meminit Origenes Homilia 15. in Ioſue, & Procopius in Commemario ſuper 38. caput Geneſeos.

SECVNDO SÆCVLO CONTENTA.

SANCTVS Pius I. P. M. & Martyr paſſus, Antonino Pio, vel vt alii M. Aurelio Antonino, & Lucio Vero Imperatoribus, ſcripſit Epiſtolam ad fratrem, Iuſtum Vienenſem Epiſcopum quæ extat, tomo 3. col. 15.

Meliro Sardicenſis fuit Epiſcopus tempore Marci Aurelii Imperatoris, & M. Antonini Veri Apologiam pro Chriſtianis obtuliſſe dicitur: ſcripta eius ferè omnia interierunt. Liber de tranſitu B. Virg. illi tributus pſeudepigraphus & Apocryphus, adſcriptus initio, illius breui cenſura & aliquot ſcholiis, extat, tomo 7. col 579.

Theophilus Archiepiſc. Antiochenus & Martyr ſedere cœpit anno 8. M. Aurelii ſcripſit Commentaria in 4. Euangelia: quæ, extant, tom. 5. col. 349. Vide ibi prænotata.

Tatianus Alexandrinus Iuſtini Martyris diſcipulus & Sectator, ſcripſit multa quorum hic Harmonia quatuor Euangeliorum extat, to. 7. col. 21. Sic nominat præſcriptis verbis Authorem huius conſonantiæ quatuor Euangeliorum Victor Capuanus in præfatione ad illam conſonantiam, idque ex Euſebio ad Carpianum, nec eius ſententiâ vllus dubitandi locus ſupereſt, quin idem ſit cum Aſſyrio, & ortus non Alexandria quidem Ægypti, ſed altera Aſſyriorum; præſtat tamen in inſcriptione cõſonantiæ Euangeliorum, in quam præfatur S. Victor Capuanus, legere Ammonii Alexandrini, vt putat Baronius, illã vero quæ ſæculo ſequenti ſub nomine Ammonii habetur eſſe Tatiani: hic florens in Eccleſia fuit quandiu ab eius latere non diſceſſit, infinita ſcripſit volumina, ex quibus vnus contra gentes florentiſſimus extat liber qui inter opera eius fertur inſignis, & ſub Imperat. M. Antonio Vero & L. Aurelio Commodo floruit de eodem plura extant apud Irenæum lib. 1. cap. 31. Euſebium lib. 4. hiſt. cap. 16. 26. 28. 29. Epiphanium contra hæreticos 46. Rhodiginum lib 3. cap. 10 ſed de eo multa inuenies apud Tertullianum, de præſcriptionibus cap. 52. Clementem Alexandrinum, lib. 3. Stromatum & lib. 2 Pædagogi, cap. 2. ad finem, S. Philaſtrium lib. 1. de Hæreſibus hæreticarum fabularum: S. Ioannem Damaſcenum, lib. 6. de Hæreſibus, qui ipſum omnes, inter hæreticos numerant, & hæreſis Encratiarum Principem fuiſſe tradunt. Vtcumque ſit, cum iudicio & cautela legendus eſt.

Hegeſippus ſiue ſit ille Iuſtini æqualis quem Euſebius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libro quarto capite. 11. apud Anicetum PP. vixiſſe tradit contra opinionem Renati Laurentii

ex eo quod, lib. 3. cap. 5. ait Antiochiam tertio loco ante ex omnibus quæ in orbe Romano eſſent ciuitatibus æſtimatam quarto demum cenſeri poſtquam Conſtantinop. excreuit Ciuitas Bizantiorum, ſiue ſit alius quidam quem poſt Conſtantini tempora ſcripſiſſe conſtat ex cap. 5. lib. 3. ſcripſit multa, è quibus de bello Iudaico & vrbis Hieroſolymitanæ exeidio lib. 5. extant, tomo 7. col. 383.

TERTIO SÆCVLO CONTENTA.

MINVTIVS Fœlix cauſidicus Romanus ſcripſit Dialogum quendam quem vocat Octauium, in quo Octauium Chriſtianum cum Cæcilio Ethnico diſputantem introducit, extat hic Dialogus, tomo 9. pag. 1. Ferebatur olim, teſte Hieronymo, in Minutio ſub huius nomine alius quidam liber de Fato; quem nunc non puto extare.

Hippolytus primum Metropolitanus Arabiæ, poſtea à Caſtillo Pontifice factus Portuenſis Epiſcopus, & deinde Martyrio affectus eſt, ſcripſit multa quæ enumerantur ab Euſebio, Hieronymo, Photio, & aliis, ſed pleraque interierunt, nunc extat oratio de conſummatione mundi & Antichriſto, & ſecundo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti homilia Græce & Latine, tomo 12. pag. 586. Excerpta quædam ex libris eius de Theologia & Incarnatione & liber contra Betonem & Heticem hæreticos per Henricũ Caniſium, tomo 4. pa. 2. col. 951. Homiliæ de Deo trino & vno, & de myſterio Incarnationis contra hæreſin Noëti per Gerar. Voſſium, interpr. Ioanne Pico Pariſienſi Præſide, tomo 15. pag. 620. Demonſtratio cõtra Iudęos apud Poſſeuinum in verbo Hippolytus Martyr, quam, quia Poſſeuinus in omnium manibus verſatur, hic omiſimus Reperti etiam ſunt, ait Sixtus Senenſis, ſuperioribus annis Baſileæ Commentarij quidam in Apocalypſim Hippolyto inſcripti, de quibus ob eruditionis & ſtyli inopiam ambigitur.

Ammonius, non ille, qui ne à Theophilo eligeretur Epiſcopus, aurem ſuam præſcidit, neque presbyter ille Alexandrinus, quem vnà cum Petro Alexandrino martyrium ſubiiſſe ſcribit Euſeb. lib. 8. cap. 25. ſed alius quidam vir, vt ait Hieronymus, diſertus & valde eruditus in Philoſophia, Alexandriæ clarus habitus eſt. Scripſit Canones Euangelicos, quos Baronius anno Chriſti, 174. putat eſſe illos, qui ſub nomine Tatiani poſiti ſunt ſæculo ſecundo: Harmoniam autem Euangelicam, quam nos ſtatim inuenimus, ſub nomine Ammonii poſuimus, to. 7. col. 73. Otthomaro Luſcinio interprete, putat idem author eſſe Tatiani. Claruit Ammonius ſub Alexandro Mammeæ, ann. Chriſti 220.

Sixt. II. Pontifici & Martyri falſo tribuitur Liber ſententiarum Sixti vel Sexti Pythagorici Philoſophi Ethnici, qui extat tomo 5. pagina 563. Claruit Sixtus Papa, anno 254.

Dionyſius Archiepiſcopus Alexandrinus claruit ann. Chriſti 250. alias 270. ſed ſcripta eius magna ex parte interierunt, extat Epiſtola eius ad Eccleſiam Alexandrinam. Liber ſeu Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, cui ſubiungitur Epiſtola Epiſcoporum Synodi Antiochenæ. Epiſtola ad Baſilidem, omnia Franciſco Turriano interprete, Græce & Latine, tomo 11. pag. 273. & ſeqq.

Clemens Alexandrinus Presbyter, Origenis Præceptor qui & Stromateus dictus eſt de quo Hieronymus in Catalogo cap. 38. ſcripſit multa: hic extat in priorem D. Petri Canonicam Epiſtolam, Commentarius, tomo 1. col. 561. in Epiſtolam D. Iudæ Commentarius col. 563. in Epiſtolas Canonicas S. Ioannis Euangeliſtæ Commentarius col. 564.

S. Cornelius I. P. M. & Martyr paſſus Imper. Decio, ſcripſit ad Lupicinum Viennenſem Epiſcopum, Epiſtolam quæ extat, tomo 3. col. 17.

Zeno Veronenſis Epiſcopus & Doctor eximius Martyrio affectus eſt ſub Galieno Imperatore; ſub huius nomine editi Sermones de plurimis Scripturæ locis, & rerum diuinarum argumentis ab Eccleſia Veronenſi, habentur t. 2. col. 359. claruit anno 260. vide Martyrolog. Baronii 12. Aprilis, habes hoc eod. tom. Raphaelis Bagatæ Vitam eiuſdem Zenonis, quæ ante Sermones eius expoſita eſt, vide quæ de illo ſcripſit illuſtriſſimus Cardin. Aug. Valerius Veronenſis in Epiſtola ſua ad ſanctiſſimum D. Noſtrum Sixtum V. P. M. nuncupatoria ſermonũ S. Zenonis, tum primum editorum.

Victor Victorinus (ſiue Nectarius) Pictauienſis Epiſcopus non vt olim Pictabionenſis, vel vt quidam Pictauiunenſis, Marianus Victorius Rheatinus in D. Hieronymi ſcriptorum Eccleſiaſticorum Catal. M. S. C. fidem, & ipſius D. Hieronymi authoritatem ſequutus; ſic enim nominat libro contra Heluidium & contra Vigilantium Epiſt. 75. Aquitanici vero Annal. Nictarum Pictauienſium Epiſcoporum I. agnoſcunt, quem etiam Victorinum dictum ſcribit Demochares, lib. 3. de ritu Miſſæ, ex Catalogo ſanctorum lib. 10. cap. 12. Imperatore Diocletiano, Martyrio affectus eſt ann. Chriſti 303. extat ſub huius nomine Commentarius in Apocalypſim, tomo 1. col. 569.

Dorotheus Presbyter Tyri, ſiue Epiſcopus, Martyr qui ſub Conſtantino Magno vixiſſe dicitur, aliàs tempore Diocletiani exilium paſſus, aliàs conſummauiſſe Martyrium Edeſſæ imperante Iuliano Apoſtata: negat vero eius eſſe hoc opuſculum D. Cæſar Cardinalis Baronius in Martyrol. Rom. non. Iun. ſed alterius cuiuſdam Abbatis, atqoe ita inſcriptum in Vaticana legiſſe ait: extat ſub huius nomine edita Synopſis de vita & morte Prophetarum & LXX. diſcipulorum. Chr. tomo 7. col. 91.

Arnobius ſenior ſub Diocletiano floruit; extant huius ſeptem libri Diſputationum aduerſus Gentes ex emendatione & recognitiooe Theodoti Canteri Vltraiectini, tomo 15. pag. 1.

Methodius Tyri Epiſcopus, ſiue Patarenſis quem Epiphanius hæreſi 64. Eubulium quoque nominat, ſcripſit multa, quæ narrant Hieronymus, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus & alii ſed nunc ſolum extant Hom. de Simeone & Anna quo die in templo ſibi occurrerunt, deque S. Deipara à Pet. Pantino edita, tomo 15. pag. 604. & Reuelationes quædam illi falsò tributæ, de rebus quæ ab initio mundi contigerunt, quæque deinceps contingere debent per paraphraſim tranſlatæ, pag. 611. Martyrio affectus in Chalcide, ſub Decio & Valeriano circa annum Dom. 255.

QVARTO SÆCVLO COMPREHENSA.

IVVENCVS presbyter Hiſpanus carmine conſcripſit Hiſtoriam Euangelicam, extat hoc opus in quatuor lib. diuiſum, tomo 8. col. 629.

Antonius meritò Magnus Abbas ſanctiſſimus ſcripſit epiſtolas ſeptem, ad Arſenoitas fratres ſuos interprete Valerio Sarraſio adiecto vice præfationis fragmento ex Epiſtola dedicatoria, quæ extant, tomo 3. col. 18.

Sanctus Pachomius ex milite gentili factus Monachus & deinde Abbas, S. Antonii æqualis, ſcripſit angelo dictante Regulam Monachorum, quam ex verſione Hieronymi habes, tomo 15. pag. 629. extat eadem nonnihil diuerſa apud Palladium. Edita ſunt & à Voſſio Monita quædam Pachomii, quæ extant pag. 634.

Oreſieſis Monachus, Pachomii æqualis, ſcripſit regulas de Inſtitutione Monachorum, diuino ſale conditas quæ extant, tomo 5. col. 671.

Serapion Epiſcopus Thmueos S. Antonii æqualis, ſcripſit lib. aduerſus Manichæos, Franciſco Turriano interprete qui extat, tomo 4 part. 2. col. 855.

Hunc Epiſcopum dicit ſcripſiſſe libros de miraculis Veteris & Noui Teſtamenti, quos poſtea ſub metrica lege redactos prætitulauit Paſchale Carmen, Sigebertus, Libro de Viris Illuſtr. cap. 6.

Iulius Firmicus Maternus ſenior C. V. ſcripſit ad Conſtantium & Conſtantem Auguſtos, lib. de Errore prophanarum religionum, extat, tomo 4. col. 83. hæſitat Baronius tomo 3. Annal. num iſte ſit idem et Iulius Epiſcopus Mediolanenſis qui interfuit Concilio Romano ſub Iulio primo, & in Romano Martyrol 18. Iulii Maternus appellatur, ſanctitatis & eruditionis laude clarus: Ipſum conſule anno Chriſti 337. cap 74.

Lucifer Epiſcopus Calaritanus tempore Conſtantii Imperatoris fortiſſimè Arianis reſtitit, extant eius opuſcula per Ioan. Tilium edita, tomo 9. col. 969.

Victorinus Marius Afer Vir Conſularis ſub Conſtantio Rhetoricam docuit, extant ex eius ſcriptis, tomo 4 col 181. aduerſus Arianos lib. 4. de Trinitate, Hymni 3. & de Homoouſio recipiendo, col. 254. de Machabæis fratribus interfectis carmen, tomo 8. col. 625.

Phebadius, alias Sebadius Agenni Epiſcopus, ſcripſit lib. contra Arianos, qui extant, tomo 4. pag. 169.

Pacianus Barchinonenſis Epiſcopus, cuius filio Dextro, ſuum Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogum inſcripſit S. Hieronymus, ſcripſit epiſtolas tres contra Nouatianos, quas habes, tomo 3. col. 49. parænesin ſiue exhortationem ad pœnitentiam, col. 69. Sermonem ad fideles catechumenos de Baptiſmo, col. 75.

Didymus Alexandrinus, cæcus præceptor S. Hieronymi, ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant libri tres de Spiritu Sancto, D. Hieronymo interprete, tomo 9. col. 23. Enarratio in Epiſtolas Canonicas, col. 53.

S. Optatus Afer, Epiſcopus Milcuitanus claruit ſub Valentiniano & Valentino principibus, ſcripſit de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum, lib. 7. quos habes cum Franc. Bald. V. C. commentariis & recognitionibus, tomo 4. col. 325.

Victor Presbyter Antiochenus ſcripſit Commentarium in Sacro ſanctum Domini Euangelium ſecundum Marcum, quod poſuimus ſæculo 4. ſecuti Peltanum, qui hunc authorem vertit, & eum ante tempora Iuliani apoſtatæ vixiſſe putat, quamuis nobis videatur hic author Iuliano poſterior: nam in caput 13. Marci ad illa, *cùm videritis hæc omnia*: citat Ioannem Regiæ vrbis Epiſcopum quem dicunt eſſe Chryſoſtomum, qui tempore Iuliani non niſi puer eſſe potuit, extat, tomo 5. col. 403.

Titus Boſtrorum in Arabia Epiſcopus ſub Iuliano apoſtata claruit: extat eius Commentarius in Lucam, Græce & Latine, tomo 13. pag 762. Libri 3. contra Manichæos ex Henr. Caniſio, tom. 4. part 2. col. 877.

Cyrillus Archiepiſcopus Hieroſolymitanus ſub Conſtantio Imperatore floruit, ſcripſit multa & hic extat Oratio de occurſu Domini, ſiue de Simeone Deum ſuſceptuto, Græce & Latine, tomo 13. pag. 849.

Apollinarius Laodicenus Epiſcopus tempore Conſtantii Imperatoris floruit, ſcripſit penè innumerabilia, ex quibus nunc ſolum extat ex editione Pariſienſi Metaphraſis in Pſalm. verſu heroico, Græce & Latine, tomo 14. pag. 163.

Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, B. Baſilii ſucceſſor, ſcripſit Commentarium in S. Ioannis Euangeliſtæ Apocalypſim, quod habes vna cum Theodori Peltani adſcriptis ad marginem ſummariolis, tomo 1. col. 1529.

Liberius P. M. ſcripſit ad Conſtantium Auguſtum Imp. Epiſtolam quæ extat tomo 3. col. 35.

D. Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, ſcripſit multa ex quibus hic extat Anaphora ex vetuſtiſſimo Codice, Syriaca Lingua & charactere ſcripto, Latinitate donata per Andream Maſium, tomo 6. col. 13. Homilia in Hexaemeron Euſtatio interprete, tomo 1. col. 1467. Liturgia C. Syriaca Lingua verſa, Andrea Maſio interprete, tomo 6. col. 22. Liturgia ex Arabico conuerſa à Victorio Scialach, tomo 6. col. 75.

Damaſus Papa anno ſexto Theodoſij obijt; quæ ex eius ſcriptis ſunt reliqua, partim extant apud Hieronymum: partim apud Theodoretum, partim apud Baronium, partim hic aliquot Sanctorum Poetica Elogia, tomo 8. pag. 844.

Fauſtinus Diaconus floruit Valentiniano & Theodoſio Imperatoribus, ſcripſit ad Gallam Placidiam ſiue Placillam vel Flaxillam Imperatricem M. Theodoſij Coniugem lib. de Trinitate, ſeu de fide contra Arianos, qui habetur, tomo 4. col. 663. hic liber etiam ſub nomine Gregorij Bætici totus fuit editus, niſi quod Epiſtola ad Flaxillam eſſet mutila, quidam tamen illum in ſæculum V. reiiciunt.

Philo Carpathius Epiſcopus coætaneus fuit Sancti Epiphanij, ſcripſit Commentarium in Cantica Canticorum, ad Euſtatium Presbyterum, & Euſebium Diaconum, Stephano Salutato Piſcienſe, interprete, tomo 1. col. 159. & adhuc ille ab aliquibus in ſæculum V. reiicitur: vide quæ initio commentariorum illius adſcripta ſunt à nobis.

S. Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, floruit tempore S. Ambroſij, ſcripſit lib. de Hæreſibus, qui extat, tomo 4. col. 1.

Idacius, cognomento Clarus, Lemicæ vrbis Hiſpaniarum Epiſcopus ſiue Ithacius vixit circa Annum Domini 380. ſcripſit librum aduerſus Varimundum Arianum, & difficiliorum quorumque Scripturæ locorum de Trinitate declarationem, tomo 4. col. 261. & hic dicitur eſſe ſæculi V.

Multa concurrunt, quibus perſuaſus facilè aſſentior, noſtrum hunc Idacium, illum eſſe quem Iſidorus in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. cap. 2. Itacium Hiſpaniarum Epiſcopum, cognomento & eloquio Clarum, vt & eum ſequutus Honorius Auguſtod. qui Anicium dicit: Sigebertus verò, lib. de Viris illuſtr. cap. 18. Idacium Lemicæ Hiſpan. Vrbis Epiſcopum: ac poſtremò, Seuerus Sulpitius, ſacræ Hiſtoriæ lib. 2. neſcio, an Typographorum errore, cùm in illa tota Priſcillianorum damnatorum narratione, nuſquam, alias Nardacij, ſed Idacij meminerit (Nardacium appellat: Nam & Iſidoro conſentit Honorius, illum ſcripſiſſe: & Seuerus Sulpicius, illum inſtitiſſe acrius contra Priſcillianum, & ob Priſcilliani accuſationem cum Vrſacio Epiſcopo, Communione & exilio mulctatum: quod nec prætermiſit Sigebert. in Chronol. ad annum Chriſti 386. vbi rurſum, pro Itacio, Itachium dicit, vt & Marcellinus Comes, in Chron. (huius Biblioth. tom. 7.) Thrachiam, ſæpius pro Tracia. Cumque hic in Præfatione ſuadicat, Arrianos poſſe difficilius auerti à praui dogmatis curſu, & meliora ſectari quia de infidelium Regum ſuperbia ſibi gloriarentur, facilè potuit incidiſſe in Priſcillianiſtarum naſcentium tempora, quibus Maximus Imperator, primum Viennæ latêre coëgit Valentinianum Imp. iuſtiſſimam pœnam cum Iuſtina matre ſua luentem, quæ illum Ariana hæreſi facilè polluiſſet, vt notat S. Ado in Chron. ad annum 379. Alioqui ferendum non putarem, ſi quis, illius temporis, Idacium cũ Itacio confunderet: cùm, illum, Soſubenſem Epiſcopum, in regia tueri ſe voluiſſe, ne quis ei crimini daret eius accuſatione & opera cuiuſcumque modi hominem fuiſſe damnatum, Idacium verò, ſponte ſe Epiſcopatu abdicaſſe dicat, alijſque pluribus indicijs vnum ab altero diſtinguat, alioqui in vtrumque paulò iniquior Sulpitius Seuerus, Hiſtoriæ Lib. 2. & Dialogo 2.

Cæſarius Gregorij Nazianzeni frater, de quo multa Baronius anno Chriſti 354. 362. 364. & 368. quem ipſe Gregorius frater vita iam functum egregia oratione laudauit: ſcripſit varia Opera, & potiſſimum contra Græcos, vt author eſt Suidas: ſed nunc ſolum extant Dialogi quatuor, Græce & Latine ex MS. nobiliſſimi viri Franciſci Oliuarij, tomo 11. pag. 545. Hi tamen Dialogi ab alio ali-

quo aucti ſunt, adiectis ſubinde quibuſdam eiuſdam argumenti cum iis quæ tractat Cæſarius, ex Gregorio Nyſſeno, & aliis authoribus.

Theophilus Archiepiſcopus Alexandrinus vixit tempore Ioannis Chryſoſtomi, ſcripta eius ex parte interierunt, extant Epiſtolæ Paſchales, D. Hieronymo interprete, tomo 3. col 79 & alia quædam opuſcula col. 81. multa de illo habet Baronius Tom. 5. annal. de Scriptis vero eius anno Chriſti 412. num. 41. hæc ait, Reliquit ſui ingenij monumenta poſt ſe Theophilus, quæ enumerat Gennadius, & poſt recitata verba Gennadij num. 42. bis addimus ſcripſiſſe Theophilum, &c.

Ioannes quadrageſimus quartus Epiſcopus Hieroſolymitanus, de quo multa Baronius annal. tom. 5. vixit temporibus S. Hieronymi, qui & eum quoſdam errores Origenis ſequentem reprehendit. Liber de inſtitutione Monachorum primorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium ad Capraſium Monachum, qui ſub eius nomine circumfertur, extat, tomo 9. col. 617. hunc ſcripſiſſe aduerſum obtrectatores ſtudij ſui annotauit Gennadius cumque ſequutus Honorius Auguſtoduo. cap. 30.

S. Diadochus Epiſcopus Photices, in vetere Epiro Illyrici ſcripſit de Perſecutione Spirituali capita 100. quæ habes, to. 5. col 293. libri illius cap. 108. citat Maximus confeſſor qui contra Monothelitas decertauit: Photius vero Conſtantinop. in Myrio-Biblo hunc librum illius legiſſe ſe teſtatur.

Dorotheus Archimandrita non ille quidem Acephalorum propugnator, ſed alter quidam, cuius doctrinam Patriarcha Tharaſius per manus Parentum traditam Venerabatur, ait Author Anonymus in Præfatione ad Dorothei doctrinas, ſcripſit de vita recte inſtituenda doctrinas aliquas, ſiue Sermones 24. Hilarione facta Caſſinenſis Congregationis Monacho doctiſſimo interprete, extant, tomo 11. pag 742.

Gaudentius Brixienſis Epiſcopus, qui & ſæculi, quinti dicitur de quo multa Baronius anno 386. num. 6. & ſequentibus, Tempora ſua tamen indicat deſcribitque his verbis, in Præfat. ad Beninolum: Neu mirum ſi hodie taliter in timore Domini conuerteris; &c. vt imbutum te admirabilibus doctrinis, Apoſtolici per omnia viri Patris noſtri Philaſtrij, &c. noſtri namque temporis regina Iezabel, Arrianæ perfidiæ patrona ſimul ac ſocia, cum beatiſſ. Ambroſium Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtitem perſequeretur, te quoque ea tempeſtate Magiſtrum memoriæ, oblitum fidei ſalutaris arbitrata, &c. ſcripſit Tractatus ſiue Sermones 17. in varia Scripturæ loca, qui extant, tomo 2. col. [illegible] Reſponſionem ad Germinium de Villico iniquitatis ex Luc. 16. col. 63. & reſponſionem: ad Paulum Diaconum de eo quod Dominus Ieſus dixit Apoſtolis, quia Pater maior me eſt, Ioan. 14. 28 col. 68.

Chromatius Aquileïenſis Epiſcopus, de quo Baronius in Notis ad Martyrologium 2. Decembris, vixit temporibus S. Hieronymi, qui eius ſæpe meminit, ſcripſiſſe dicitur in totum Matthæum, ſed nunc ſolum extant de 8. Beatitudinibus Homiliæ duæ, tomo 2. col. 151. Homilia in cap. 5. Matthæi & partem 6. & Fragmentum in 3. & 4. cap. Matth. ego a te debeo baptiſari, col. 179. in Prioribus editionibus legebatur Romanus, pro Romacianus, vel Romanicianus, id eſt, Aquileïenſis, Aquileia enim dicebatur Ciuitas Romaciana vel Romaniciana, vt notat Baronius.

Aurelius Prudentius vir conſularis, & Poëta egregius ſcripſit multa carmine, quorum Pſychomachiæ, id eſt, de pugna animi, liber extat, tomo 8. pag. 463. eiuſdem Cathemerinon, liber pag. 471. eiuſdem de Coronis liber pag. 488. eiuſdem de Diuinitate liber: eiuſdem de origine peccati pag. 531. contra Symmachum libri duo, pag. 540.

Euagrius non ille Antiochenus Epiſcopus, de quo Hieronymus in lib. de Scriptoribus, ſed Ponticus ille, qui ex Diacono Conſtantinopolitano factus eſt monachus: quem etiam Gregorij Nazianzeni in Epiſcopatu ſuo Conſtantinopolitano Archidiaconum dicit Nicephorus, Eccleſiaſticæ Hiſt. Lib. 11. cap. 42. & 43. de quo Hieronymus in Epiſtola ad Cteſiphontem, ſcripſit multa monachis, vt ait Gennadius, neceſſaria, quæ recenſet partim ipſe Gennadius in Catalogo, partim Socrates lib. 4. Hiſtoriæ. Ex his nunc ſolum extat Liber, ſeu potius Epitome libro de Octo vitioſis Cogitationibus ad Anatolium, tomo 5. col. 697. ſed oportebat obſeruaſſe Euagrium fuiſſe hæreticum Origeniſtam, vide quæ in principio operis annotauimus. Ab aliquibus etiam huic Euagrio tribui ſolet liber, qui inſcribitur SS. Anachoretarum Ægyptiorum Apophtegmata libris 18. comprehenſa (vt putant nonnulli) B. Hieronymo, vel vt alij verius, Pelagiu D. S. R. E Diacono, interpret. exſcripta nunc primum ex venerandæ vetuſtatis MS. Codicibus religioſiſſimæ Carthuſiæ Montis Dei, qui extat, tomo 9. col. 700. quia Nicephorus loco cit. ſupra citat ex eius Operibus multa de Patrum dictis: quæ occurrunt In illis libris, & de eorumdem SS. Patrum vita & doctrina libri 4. D. Ioanne S. R. E. Subdiacono interprete, tomo 9. col. 801.

Amphilochius Iconij Epiſcopus, quem commendat B. Hieronymus tum in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, tum in Epiſtola 84. ſcripſit Homilias non paucas, & alia quædam, vt patet ex Theodoreto & Hieronymo, ex quibus nunc extant Latine edita, Carmen ad Seleucum, quinam Scripturæ libri ſint legendi, tomo 15. pag. 624. Narratio quædam de muliere, quæ peccata ſua in charta con-

ſcripſerat, & pro venia ad Baſilium & Epiphanium recurrerat, habetur ex edit. D. Gerar. Voſſij pag. 615. Homilia de Occurſu Domini noſtri IESV CHRISTI, & de Deipara & de Simeone Græce & Latine, tomo 13. pag. 837. Homilia in diem ſanctum Sabbathi, tomo 15. pag. 626. Fertur & ſub eius nomine vita Baſilij, quam, quia edita eſt à Roſvveido in vitis Patrum, hic omiſimus.

Nouatus quidam monachus Catholicus, quem à nato Chriſto Sæculo 4. vixiſſe putat Margarinus, ſcripſit Homiliam de Humilitate & Obedientia, & calcanda ſuperbia ad Fratres, extat tom. 2. col. 76.

S. Martinus Archiepiſcopus Turonenſis, vitæ ſanctitate & miraculis clarus, cuius res geſtas conſcripſit Seuerus Sulpitius, edidit fidei ſuæ profeſſionem, quæ, extat. tomo quarto, col. 1327.

Marcus Eremita qui & Exercitor dictus eſt ſub Theodoſio ſeniore, eximia ſanctitate claruit, vt patet ex Palladio, qui eum iam centenarium inuiſit. Scripſit multa, ex quibus aliqua recenſet Nicephorus lib. 14. hiſt. cap. 54. Probabilius quoque eſt ſcripta illa, quæ nunc ſub nomine Marci Eremitæ circumferuntur, eſſe huius, quam illius, quem ſub Leone VI. Imperatore vixiſſe ſcribit Zonaras in vita Leonis, quia hunc noſtrum Marcum multa ſcripſiſſe, vt diximus, Author eſt Nicephorus, vtrum autem alter ille Marcus aliquid ſcripſerit, incertum eſt. Extant autem opuſcula 9. De paradiſo & lege ſpirituali; De his qui putant ſe ex operibus iuſtificari, De Pœnitentia, De Baptiſmo, Præcepta ſalutaria, Reſcriptum à NICOLAO ad Marcum, Capitula Temperantiæ, Diſputatio cum cauſidico, Conſultatio intellectus cum ſua ipſius anima, omnia Græce & Latine, tomo 11. pag. 869. & ſeq.

Nicolai cuiuſdam, reſcriptum ad Marcum Exercitorem miſſum quo agit illi gratias ob præcepta ſalutaria quæ illi per epiſtolam ſcripſerat: Græce & Latine, tomo 15. pag. 962.

Sophronius Presbyter Hieroſolymitanus, Sancti Hieronymi æqualis, ſcripſit diuerſa Opuſcula, quorum aliqua recenſet Hieronymus in Catalogo. Putatur etiam huius Sophronij fuiſſe liber de Laboribus SS. Petri & Pauli, ex quo fragmentum aliquod extat, ſub nomine Sophronij Patriarchæ Hieroſolymitani, quod à nobis poſitum eſt, tomo 7. col. 107. Oratio in Chriſti Saluatoris Natalitia, quæ tum in Dominicum diem inciderant, tum & de immani ſæuáque tyrannide Sarracenorum qui per id tempus obſidebant vel occupabant Bethleem, tom. 2. col. 251. Eiuſdem Sanctorum Archangelorum, Angelorum, cæterarumque cœleſtium Virtutum Encomium: tomo 2. col. 259. illius meminit meo iudicio S. Hieronymus in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo cap. 134. & quem alioqui non puto in Hieroſolymitana ſede, Patriarcham vnquam ſediſſe: cum illum non nominauerit Nicephorus in Chronologia.

S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus ſcripſit multa, hic extant Diſticha, quæ in eius Baſilicâ deſcripta ſunt, tomo 8. col. 941.

Hegeſippus non ille Iuſtini æqualis; cuius meminit Euſebius lib. 4. Hiſtoriæ, & Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. ſed alius quidam, quem poſt Conſtantini tempora ſcripſiſſe conſtat ex cap. 5. lib. 3. ſcripſit de Excidio vrbis Hieroſolymitanæ lib. 5. qui extant vt ſupra in ſæculo ſecundo, tomo 7. col. 383.

Theophylacti cuiuſdam fragmentum de Riſu & Vociferationibus in feſtis Sanctorum, extat, tomo 6. col. 424. cuiuſnam Theophylacti ſit hoc fragmentum, nobis necdum eſt cognitum, poſuimus tamen hoc ſæculo, ſecuti Margarinum, à quo illud accepimus.

Timotheus quidam presbyter Hieroſolymitanus, ſcripſit Homiliam de Propheta Simeone, Chriſtum in vlnas accipiente, Græce & Latine Laurentio Siſano interprete, tomo 13. pag. 844. ſcimus hunc Authorem à Coccio poni anno Chriſti 570. ſed cum nec ex eius ſcriptis, nec ex antiquioribus, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſerunt, aliquid certi de eius ætate habeatur, hoc quarto ſæculo adiiciendum putauimus, in quo inuenies plures, qui idem argumentum de Simeone Chriſto occurrente tractarunt.

Proba Falconia, vxor non Adelphi proconſulis, vt ſcribit Iſidorus, ſed Anicij Probi præfecti prætorio, poſtea Conſulis, mater Probini, Olibrij & Probi ſimiliter Conſulum, de qua multa Hieronym. Epiſtol. 8. & Baron. tomo 4. & 5. Annalium, ſcripſit Virgilio-centones, ſiue excerptum ex Virgilij carminibus, ad Teſtimonium veteris & noui teſtamenti, Opuſculum: tomo 8. col. 708. floruit non ſub Theodoſio iuniore, vt vult Sixtus Senenſis, ſed ſub Gratiano.

Euſebius Vercellenſis epiſcopus, de quo multa Baronius, tomo 4. annal. ſcripſit in exilio Epiſtolam vnam ad presbyteros quoſdam Italiæ, qua de ſtatu ſuo & vita illos commonefacit, tomo 15. pag. 627. libellus facti ad Patrophilum, extat, pag. 628.

QVINTO SÆCVLO COMPREHENSA.

SEVERVS Sulpitius S. Paulini æqualis, ſcripſit Libros duos ſacræ Hiſtoriæ, qui extant, tomo 7. col. 165. De vita S. Martini librum vnum, col. 213. Epiſtolas, col. 226. Dialogos tres de virtutibus Monachorum orientalium, & S. Martini, col. 232. Vide de hoc Sulpitio Baron. Tom. 5. Annalium, Anno Chriſti 431. & in Notis ad Romanum Martyrologium 29. Ianuarij.

Hunc Seuerum, cognomento Sulpitium nominant S. Ado in Chronicis, & Honorius Auguſtodunenſis, Gennadium ſequutus; libro de luminaribus Eccleſiæ. Cap. 19. eumque omnes infamant Pelagianiſmi, de quo tamen altum eſt ſilentium in Martyrologio Romano: quod, omnino contra; *apud Bituricas,* (inquit) 4. Kal. Febr. *S. Sulpicij Seueri, Epiſcopi, diſcipuli S. Martini, virtutibus & eruditione conſpicui:* Et Paulinus Epiſcopus Nolanus, Seuerum appellat conſtanter, exornatque modis omnibus in Epiſtolis quas ad eum ſcripſit, huius Biblioth. tomo 3. At prætermittendum non puto, alium fuiſſe Sulpicium illum Bituricem, qui ſubſcripſit Concilio Matiſcon. 2. & quem omnino neceſſe eſt 200. annis, ætate noſtri huius Sulpicij, paulò plus minus fuiſſe iuniorem: cum, à tranſitu S. Martini vſque ad annum 31. Guntchramni Regis, numerentur à S. Greg. Turonenſi, 3.8. Concilium vero Matiſcon. celebratum ſit ann. 21. Guntchramni, vt ex Actis eius conſtat. Præterea: Virginem illam ita penitus ab oculis ſe remouiſſe ait Dialogo 2. Cap. 13. vt ne ipſum quidem S. Martinum ad ſe admitteret: in Annalibus Aquitanicis dici S. Triaſiam, quæ cùm ex Græcia in vrbem Pictauienſem, S. Florentiæ comes commigraſſet, paulo ante obitum ſuum ſit colloquuta quidem cum S. Martino, tamen ita vt mutuo ſe non viderent, intercederentque ferrei cancelli.

Quintus Iulius Hilarion, ſcripſit Chronicon, ſiue de mundi duratione libellum, tomo 7. col. 257. in quo dicit, ſe etiam ſcripſiſſe Librum de die Paſchatis, qui videtur interiiſſe. De hoc authore nulla eſt mentio apud antiquos, qui catalogos Eccleſiaſticorum ſcriptorum confecerunt: Ponimus tamen eum hoc ſæculo, ſecuti Margarinum Bignæum, qui eum edidit: ſcripſiſſe tamen illum circa annum Chriſti 400. apparet, ex eo quod à Paſſione Domini (inquit) in Conſulatu Cæſaris & Attici, quo tempore ſcribebat: tranſierunt anni 369. &c.

Seuerus Rhetor, ſcripſit Carmen Bucolicum, quod extat, tomo 8. pag 579. de mortibus boum. Ex quo carmine videtur poſſe colligi authorem hunc vixiſſe, non multum poſtquam Chriſtiana religio toto orbe eſſet recepta, cum adhuc ſupereſſent reliquiæ gentilitatis. Poſuimus hunc authorem inter ſcriptores Eccleſiaſticos, propter ea quæ in hoc carmine de vſu & efficacia ſigni Crucis ſcribit circa finem: Hoc ſignum medijs frontibus additum cunctorum pecudum certa ſalus fuit. *Et infra:* Nam cur addubitem quin homini quoque ſignum proſit idem perpete ſæculo.

Paulus Oroſius S. Auguſtini diſcipulus: de quo Baronius Tom. 5 Annal. ſcripſit ad B. Auguſtinum Hiſtoriarum libros ſeptem, qui extant ex recognitione Renati Laurentij de la Barre, tomo 15. pag. 148. item de arbitrij libertate, aduerſus Pelagium librum apologeticum ex recognitione Andreæ Schotti, extat, tomo 15. pag. 800.

Cœlius Sedulius presbyter Scotus, ſcripſit mirabilium Diuinorum, ſiue operis Paſchalis libros 4. aut 5. carmine, quos dedicauit Theodoſio Auguſto. Extant tomo 8. pag. 658. Eiuſdem argumenti ſoluta oratione Lib. 5. extant ex MS. Petri Pithœi cum notis Franciſci Iureti, pag. 933. Hymnus de Vita Chriſti pag. 679.

Beliſarij Poëtæ de Sedulio Acroſtichis pag. 680.

Liberij Poëtæ de Sedulio Acroſtichis altera pag. 680.

Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Diſcipulus S. Ioannis Chryſoſtomi qui claruit Theodoſio Iuniore Imperante ſcripſit Epiſtolam de Fide ad Armenios, extat Græce & Latine Antonio Agellio Aceroenſi Epiſcopo interprete, tomo 11. pag. 309.

Epiſtolam hanc citat cum magna honoris Præfatione, appellatque Tomum, bonorum intellectuum & rectorum dogmatum plenum, Cyrillus Alexandrinus ad finem Expoſitionis Symboli Niceni, & in Epiſtola 31. ad Ioannem Antiochenum. Quinta vero Conſtantinopolitana Synodus, Collatione ſeu Confeſſione 5. ſcribendæ huius Epiſtolæ cauſam dicit fuiſſe, quod porrecta fuiſſent impia Capitula ex Theodori Mopſueſtienſis Codicibus, ſanctæ memoriæ Proclo, ab Armeniis, ac proinde ad tales eorum libellos reſcribere voluerit. extat eiuſdem Procli elegans Homilia de Domini noſtri Ieſu Chriſti Natiuitate, interprete Theodoro Peltano, tomo 15. pag. 645. in Transfigurationem Domini noſtri pag. 647. Epiſtola ad Domnum fratrem & conſacerdotem pag. 648.

pag. 648. Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum pag. 650. Item, Epiſtola ſynodica ad Domnum Antiochenum Epiſcopum, pro cauſa Athanaſij Pertenorum Epiſcopi pag. 650. Oratio Panegyrica in S. Andream Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete, tomo 15. pag. 814. Vide de Proclo, quæ ſcribit Socrates, lib. 7. cap. 40. 41. & 42.

B. EVCHERII Epiſcopi Lugdunenſis, (qui vixit temporibus Theodoſij Iunioris circa Annum 433.) Homiliæ ex editione Liuinæi Belgæ Antuerpienſis canonici, tomo 2. col. 765.

GREGENTIVS Archiepiſ. Tephrenſis Diſputationem habuit cum Herbano Iudæo, quæ, vt videtur, ab alio quodam ſcripta, extat Græce & Latine interprete Nicolao Gulonio, tomo 11. pag. 194. Hunc authorem hoc ſæculo poſuimus, ſecuti Bignæum. Nobis tamen videtur vixiſſe poſt Iuſtini Imperatoris tempora. Nam ea quæ in fine Dialogi de conuerſio Iudæorum habet, videntur contigiſſe poſt debellatum Dunam Hebræum Homeritarum regem, & reſtitutos in ea regione reges Chriſtianos ope Elesboam regis Æthiopum, quod contigiſſe tempore Iuſtini Imperatoris patet ex Procopio lib. 1. de bello Perſico, & Narratione, quadam de Chriſtianis Homeritis à Iudæis interſectis, quæ habetur apud Surium 24. Octobris.

CLAVDIANVS Mamercus ſiue Mamertus presbyter Viĕnenſis, vel Epiſcopus ad an. Ch. 452. (à quo etiam Galliarum Rex Clodoueus baptiſatur) concepit animo rogationes: taciturſque ritum earum omnem definiit cum Deo, ſanctus Ado in Chronicis. ſed non hic, verum eius frater fuit non Epiſcopus ſed Presbyter, qui ſcripſit de Statu Animæ Libros tres, contra Fauſtum Epiſcopum, qui extant, tomo 4. col. 599. ex recognitione Andr. Schotti Soc. Ieſu, Aduerſus vanos Poëtas ad Collegam extat col. 659.

SIDONIVS Apollinaris Aruernorum Epiſcopus, ſcripſit multa ſoluta oratione & carmine. Ex quibus omnia, quæ extant, habentur, Studio Iacobi Sirmondi Soc. Ieſu recognita, tomo 15. pagina 63.

EVDOCIA Theodoſij Iunioris vxor, ſcripſit Homero-Centones de Chriſto extant, tomo 14. pag. 94.

BACHIARIVS, qui tempore ſancti Auguſtini vixit, ſcripſit Epiſtolam de recipiendis lapſis ad Ianuarium, quæ extat tomo 3 col. 121. hunc appellat quidem, Gennadus in Catalogo, Bacciarium; quidam Bacharium, alij Bachiarium; Honorius vero Auguſtodunenſis, in libro de Luminaribus Eccleſiæ, c. 24. ex Gennadio Bacchianum appellat, aitque ſcripſiſſe grata, de fide, Opuſcula. Eiuſdem Bacchiarij Sententiarum de fine Salomonis meminit Fulbertus Carnotenſis, Epiſtola LXIV. Exſcripſit vero nonnulla de eodem argumento, Epiſt. XCV. quæ habentur in Epiſtola Bacch. cit. ad Ianuarium.

S. AVGVSTINVS Hipponenſis Epiſcopus multa ſcripſit quæ habentur in ipſius Tomis ex quibus hic extat tractatus breuis de Trinitate, ex libro ſcilicet qui de cognitione veræ vitæ inſcribitur: in quo tanquam in dialogo, Fratres interrogant, Magiſter reſpondet Græcè & Latinè tomo 11. pagina 540. Item excerpta de Arbitrii libertate, ex eiuſdem Auguſtini Libri de Natura & Gratia cap. XX. & ſeqq. extant tomo 15. pag. 811.

PAVLINVS Aquitanus V. I. & Senatorius demum Epiſcopus Nolanus de quo multa Baronius tomo 5. Annalium ſcripſit multa, ex quibus extant de Vita ſancti Martini Epiſcopi Turonenſis libri ſex ad Perpetuum Epiſcopum Turonenſem, tom. 8. pag. 851. Eiuſdem de Viſitatione Nepotuli ſui verſus, tomo eodem pag. 882. omnia primùm in lucem edita ex vetere manuſcripto codice Petri Pithoei C. V. C. ſtudio & diligentia Franciſci Iureti, cuius etiam notæ & emendationes adiunctæ ſunt pag. 883. Item veterum Auctorum teſtimonia de Paulino Nolano collecta ab eodem Iureto. Extant, vna etiam cum perbreui opere Paulini DE ORANTIBVS, tomo octauo citato, pag. 883.

Habetur etiam tomo 3. col. 37. S. Paulini Epiſcopi Nolani ad Fauſtum Rhegienſem Galliarum Epiſcopum de variis quæſtionibus, Epiſtola: ſed hæc alterius videtur eſſe propter rationem quam aſſignauimus in fronte Epiſtola, ibidem.

NEROPIVS Paulinus & Theraſia qui floruerunt hoc ſæculo V. tempore S. Auguſtini. Aliquas Epiſtolas ſcripſerunt quæ habentur inter opera eiuſdem ſancti Auguſtini. Hic extat Epiſtola ad Sanctum & Amandum Fratres, tomo 15. 827. Aliqui confundunt hunc Paulinum cum ſuperiori Paulino Aquitanico.

VINCENTIVS Lirinenſis, ſiue Peregrinus Presbyter Lirinenſis natione Gallus, Caſſiani Coætanus qui ſubſcripſit Rhegienſi Concilio in Gallia Narbonenſi anno Do. 439. Epiſcopi Conſtantiniani, vel Conſtantini, aut etiam conſtantii, vicei ae deinde etiam Carpentoractenſi; anno poſt Rhegienſe, paulò plus minus 5. ſcripſit de Prophanis rerum nouitatibus, ſeu pro Catholicæ fidei antiquitate & Vniuerſitate, aduerſus prophanas omnium hæreſum Nouationes, librum priorem, ſiue vt ipſe appellat, Commonitorium prius, cum vltimis tribus capitulis Commonitorii poſterioris extat, tomo 4. col. 55.

SIXTVS III. Papa, ſcripſit Epiſtolas aliquas, quæ extant in tomis Conciliorum ex editione

Morelli. Huic etiam attribuitur liber de diuitiis, tomo 5. col. 573. Eiuſdem de malis Doctoribus, & operibus Fidei, & de Iudicio futuro, col. 601. Eiuſdem liber de Caſtitate, ad quendam vere Chriſtianum adoleſcentem, col. 630. omnia per Iacobum Saluatorem Solanium Margaritanum emendata.

LEO Magnus Pontifex, ſcripſit multa quæ recenſent Gennadius, Photius, Poſſeuinus, & alij ex quibus hîc extat Epiſtola miſſa ad Flauianum Patriarcham Conſtantinopolitanum, aduerſus auctorem vanæ opinionis Eutychem, eique conſentientes: quam Patres Concilii Calcedonenſis rectæ fidei columnam vocant, Græcè & Latinè tomo 11. 485. e.

NILVS Monachus Conſtantinopolitanus diſcipulus S. Chryſoſtomi Epiſcopus & Martyr, ſcripſit multa, & vndique conquiſita Opuſcula variorum interpretum eruditione, Latinis ſparſim communicata: ex quibus nunc extant, quæ ad noſtras manus peruenerunt, capita parænetica 229. Græcè & Latinè, tomo 13. pag. 1168. de Oratione capita 148. tomo 5. col. 328. Eiuſdem liber Aſceticus, Inſtitutio ad Monachos, tomo 5. col. 339. Eiuſdem aduerſus octo primaria vitia Orationes octo, tomo 5. col. 368. Eiuſdem breuis Inſtitutio ad Monachos iuniores, tomo 5. col. 375. eiuſdem Epiſtolæ duæ breues, ad Anaſtaſium Epiſcopum, tomo 5. ibidem fragmentum ex quodam tractatu parænetico, tractatus de octo vitioſis cogitationibus, col. 377. Vide de hoc Nilo & eius ſcriptis Nicephorum libro 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. Cuius verba in fronte Operum poſuimus, col. 327. Photium in ſua Bibliotheca, & Poſſeuinum in Apparatu. Vixit autem ſub Theodoſio Iuniore Imperatore.

SIMEON admirandus Stilita ſenior, putatur ſcripſiſſe Sermonem de ſemper mente complectendo ſuum deceſſum, qui extat, tomo 2. col. 73.

AMOENVS Poëta dicitur Author Enchiridii vtriuſque Teſtamenti Prudentio adſcripti. Habes hoc Enchiridion inter Opera Prudentii, præter pauca admodum vnà cum Præfatione, tomo octauo, pag. 559 & ſine præfatione, tomo eod. col. 702. Vnde vides incertum eſſe huius Operis Auctorem, extat etiam eiuſdem Amœni acroſtichis in Leontium, Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum, pag. 705 Hunc Authorem hoc quinto ſæculo ponit Cocius.

PROSPER Aquitanicus Epiſcopus Rheginenſis, Leonis primi Papæ Notarius, ſcripſit diuerſa Opuſcula ſoluta Oratione & Carmine, extat eius Confeſſio, ex Vaticano codice: tomo 15. pagina 814.

ARNOBIVS Iunior, qui putatur ſtatim poſt tempora S. Leonis vixiſſe, ſcripſit librum cui titulus eſt conflictus Catholici cum Serapione, de Deo Trino & Vno, duabus in Chriſto ſubſtantiis in vnitate Perſonæ, Gratiæ & Liberi-Arbitrii concordia, in duos libros diſtributus, qui extat cum notis Franciſci Feuardentii S. Theologiæ Doctoris, tomo 15. pag. 352. Huius etiam Arnobii putantur eſſe Commentarii in Pſalmos, qui ſub nomine Arnobii ſenioris Afri, vetuſti pariter ac laudatiſſimi ſcriptoris circumferuntur. Habes illos ex emendatione Pariſ. de la Barre, tomo 15. pag. 388. vel quia numerus eſt fallax 252. ſecundo. Item annotationes ad locos Euangeliſtarum, ex recognitione Andreæ Schotti, tomo 15. pag. 815.

THEODORVS in Cœnobio Raithu, Presbyter ſcripſit Commentarium de Incarnatione Domini, contra Neſtorium & Eutychen, ſiue Commentationem præparatoriam, ſeu exercitationem, ſcriptam ad eum qui doceri cupiat, quis fuerit modus carnis à Deo aſſumptæ atque diſpenſationis, quove pacto peracta eſt; quæ item ab alumnis Eccleſiæ aſtruantur, aduerſum minus recte de ea ſentientes: Godefrido Tilmanno, Cartuſiæ Pariſienſis Monacho, interprete, extat Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 319. Floruit hic Author circa annum Domini 460.

SALVIANVS Presbyter, & poſtea Epiſcopus Maſſilienſis, ſcripſit varia Opuſcula; quæ recenſet Gennadius, ex quibus nunc extant tomo 5. col. 47. libri 8. de verbo, Iudicio, Prouidentia & de Gubernatione Dei. Item Epiſtolæ ad diuerſos, col. 126. Timotheus ſiue libri 4. ad Eccleſiam Catholicam toto orbe diffuſam, tomo 5. col. 135. Hic tamen à Margarino, & Salonius eius diſcipulus inter Authores Sæculi ſexti numerabantur: Saluianus præfatur ad Solonium Viennenſem Archiepiſcopum, in libros ſuos de Prouidentia, & alios ad Eccleſiam Catholicam, paulò ſenior non in Epiſcopatu tamen, quam ille: cum enim & Veranium diſcipulos quondam ſuos, admirandiſſimos iuuenes appellat, licet iam tum Magiſtri Eccleſiarum eſſe incepiſſent, vide quæ adnotauimus ad initium Operum ſancti Salonii, & Saluiani Epiſtolam 7. ad Aprum & Verum, 8. ad Eurium Epiſcopum.

SALONIVS Saluiani Diſcipulus, Viennenſis Galliarum Archiepiſcopus, multa, vt ait Sixtus Senenſis, ſcripſit in ſacram Scripturam egregia Commentaria, ſed ex iis nunc ſolum extat breuis expoſitio in Prouerbia & Parabolas Salomonis, tomo 1. col. 131. eiuſdem in Salomonis Eccleſiaſten, explicatio myſtica, col. 147.

CLAVDIVS Marius Victor Rhetor Maſſilienſis, ſcripſit Carmine in Geneſin Commentariorum Libros 3. ad Ætherium filium, tomo 8. col. 580. Carmen de peruerſis ſuæ ætatis moribus, ad Salomonem Abbatem, extat col. 580. Moritur ſub Theodoſio Iuniore.

FAVSTVS ſiue vt alij legunt, Fauſtinus, Ex Monacho Lirinenſi, primùm Abbas, deinde Galliarum Epiſcopus Rheginenſis, ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ recenſent Gennadius & alij, ex iis nunc extant, tomo 2. col. 147. Sermo ad Monachos: tomo 3. col. 37. Exhortatio ad bonam Vitam & profeſſio Fidei ad Leontium: tomo 4. col. 693. de Gratia Dei, & Humanæ mentis, Libero Arbitrio Libri 2. Epiſtolæ ad Diuerſos: tomo 3. col. 37. extat etiam huius Fauſti Homilia quædam de Maximo in Bibliotheca Lirinenſi nuper edita, quæ à nobis conſulto omittitur, quod noſtri inſtituti non ſit Vitas Sanctorum edere. Scripſit præterea librum de Creaturis, quod in illis incorporeum nihil ſit, quem habes præfixum Operibus Claudiani Mamerci qui huic Libro reſpondet, tomo 4. col. 595. huius Bibliothecæ, eiuſdem aliæ Epiſtolæ, ex editione Ingolſtadiana, anno 1608. to. 3. col. 347. huius meminit S. Hormiſdas P. M. in Epiſtola ad Poſſeſſorem: vixit Fauſtus medio tempore inter ſanctum Auguſtinum & Proſperum, adeoque errant, qui eum faciunt Diſcipulum ſancti Benedicti.

Hunc, ſancti Benedicti fuiſſe Diſcipulum: ſcripſiſſe autem librum de Spiritu ſancto, & egregium Opus de Gratia Dei qua & ſaluamur; quin & Libellum aduerſum eos qui dicunt eſſe in Creaturis aliquid incorporeum, præter Deum: Epiſtolam autem In modum libelli, ad Diaconum quendam Gratium (*alias* Græcum) qui ad Neſtorianam impietatem adierat: & alteram poſteà ad Fœlicem Præfectum Prætorio, & Patriciæ dignitatis virum, filium Magni Conſulis iam religioſum; hortatoriam ad Domini timorem, & conuenientem Perſonis pleno animo pœnitentiam agere diſponentibus; meminit Sigebertus, libro de Viris Illuſtribus cap. 32. Gennadius, eumque ſequutus Honorius Auguſtodunenſ. Libro de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 85 Fauſtum fuiſſe diſcipulum ſancti Benedicti haud fit veriſimile. Vnde Baronius tomo 6. Annal anno 490. cap. 38. ita ſcribit. Sed multò magis obſtupeſcimus Fauſtum ab aliis redigi in claſſem Monachorum Ordinis ſancti Benedicti, cum antequam idem Sanctus auſpicaretur vitam Monaſticam, iam Fauſtus ſenex ex hac vita deceſſiſſet, iam longè antequam idem Benedictus naſceretur, creatus Epiſcopus. Hæc ille. Qui de ætate Fauſti & ſancti Benedicti, plura eodem tomo accuratè diſſerit. Porro Fauſtum fuiſſe Pelagianum, & ſcripta eius ab Eccleſia Romana damnata certum eſt. Vide quæ obſeruauimus ſuo loco, initio Operum Fauſti.

RVRICIVS Lemouicenſis Epiſcopus, Fauſti æqualis, ſcripſit ad diuerſos Epiſtolarum libros duos, extant ex editione Henrici Caniſij, tomo 3. col. 369.

DESIDERIVS Epiſcopus Carducenſis, Fauſti & Ruricij æqualis, ſcripſit Epiſtolarum ad Diuerſos Librum vnum; editum per eundem Henricum Caniſium, extat tomo 3. col. 411.

THEODVLFVS, vel vt alij legunt, Theodulus Presbyter in Cœleſyria, & poſtea Epiſcopus ſcripſit diuerſa Opuſcula partim ſoluta Oratione, partim Carmine, quorum aliqua recenſet Gennadius, quæ nunc non videntur extare: feruntur etiam ſub huius nomine Commentaria in Epiſtolas Pauli, quæ habentur, tomo 1. col. 495. Obiit Theodulus, teſte Gennadio, tempore Zenonis Imperatoris, & clarum haberi ſcribit Marcellinus Comes in Chron.

NEMESIVS Emiſſenus Epiſcopus, & Philoſophus Chriſtianus, ſcripſit de Natura Hominis librum qui extat Nicaſio Ellebodio Caſletano interprete, Græce & Latine, tomo 12. pagina 708. eiuſdem de junctione Corporis & Animæ, de Corpore, de Elementis, de quinq; ſenſibus, &c. ibid. quo tempore vixerit hic Author incertum eſt, putat tamen Coccius eum vixiſſe hoc Quinto Sæculo.

ÆNEAS Gazæus, ex Platonico Philoſophus Chriſtianus, qui vt ex ſcriptis eius colligitur, vixit circa tempora Zenonis Imperatoris, ſcripſit Dialogum de Animarum Immortalitate & Corporum Reſurrectione, quem vocauit Theophraſtum; extat Ambroſio Camaldulenſi interprete, Græce & Latine, tomo 12. pag. 617. vidiſſe ſe elingues, illa tyrannide qua magna Lybia tum premebatur, Sacerdotes loquentes, & miratum vocem adeo articulatam eſſe poſſe, ipſemet teſtatur ad finem libri ſui.

ANTONIVS, ſiue Antoninus Epiſcopus Conſtantienſis, vel Conſtantinenſis, ſcripſit Epiſtolam Conſolatoriam ad Arcadium quendam à Genſerico Gothorum Rege in exilium actum, extat tomo 3. col. 135.

AGNELLVS Epiſcopus Rauennatenſis, ſcripſit Epiſtolam ad Armenium, de Ratione Fidei, quæ extat tomo 3. col. 147. Hunc Authorem V. Sæculo ponit Coccius.

DREPANIVS Florus, non ille quidem Latinus Pacatus Drepanius qui Theodoſio Auguſto Panegyricum dixit Romæ: ſed quidam alter Poëta Chriſtianus, cuius vt putat Baronius, meminit Sidonius Apollinaris lib. 8. epiſt. 11 ſcripſit Carmina quædam, ad aliquot Dauidis Pſalmos: Item Hymnos, & alia Poëmata, tomo 8. col. 727.

PALLADIVS Galata Epiſcopus Helenopolitanus, qui Euagrii diſcipulus fuit, ſcripſit Lauſiacam Hiſtoriam, Heraclidi Eremitæ aliquando adſcriptam, & titulo ſeu nomine Paradiſi editam, quæ hic extat Græce & Latine, Gentiano Herueto interp. ex editione Lugdunobataua ex Ms. Regis Chriſtianiſſimi, adiectis Scholiis per R. Laurentium Barrenſem, tomo 13. pag. 893 Bellarmi-

nus eum vixiſſe dixit Anno 390.

CEREALIS Epiſcopus Caſtalenſis, ſiue Caſtellenſis, ſcripſit ſub Perſecutione & Tyrannide VVandalorum in Africa, Librum contra Maximum, ſeu Maximinum Arianorum Epiſcopum, qui extat tomo 4. col. 393.

Hunc Cerealem, Natione Afrum dicit, ex Gennadio, Honorius Auguſtodunenſis, & ſcripſiſſe Librum de Fide cap. 96. libro de Luminaribus Eccleſiæ.

VICTOR Vticenſis vixit temporibus Zenonis Imperatoris, ſcripſit Anno 60. poſtquam VVandali in Africam, ex Hiſpania tranſierunt, de Perſecutione VVandalica, in Africa libros tres qui extant tomo 7. col. 587. eiuſdem. ſiue alterius (nam infrà hæc fidei ratio attribuitur, etiam cuidam Victori Africano Epiſcopo, qui floruit Sæculo Sexto) Fidei ratio exigente Hunerico Rege VVandalorum, tomo 4. col. 401.

GELASIVS Papa putatur à quibuſdam ſcripſiſſe Librum de duabus in Chriſto Naturis, aduerſus Eutychem & Neſtorium, tomo 4. col. 415. qui ſub nomine Gelaſij circumfertur, ſed vide quæ ibi prænotata ſunt ex Bellarmino.

Libellum hunc, Gelaſij Pontificis Maximi non eſſe, ſed potius Gelaſij Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, pluribus argumentis efficit D. Melchior Canus, locorum Theologicorum libri 6. cap. 8. in Reſponſione ad Argument. 9. cap. 1. Quo in libello ſedulo obſeruari debet, dictione vltima lineæ 10. ante teſtimonia Veterum de 2. naturis in Chriſto, pro, *Sedem Apoſtolicam*, legendum eſſe etiam in hac editione, *Fidem Apoſtolicam*. Opus illud *de duabus Naturis*, eſſe ſancti Gelaſij primi, Romani Pontificis fermè omnes orthodoxi recentiores conſentiunt. Cuius autem ſit, inſpice notam noſtram initio eius Operis, vt innuimus.

GILDAS Sapiens, Abbas & Confeſſor, ſcripſit de Excidio & Conqueſtu Britanniæ librum, ſiue Epiſtolam quæ extat, tomo 5. col. 389 item reprehenſionem ad Clerum Britanniæ, extat col. 407.

VIRGILIVS, ſeu Vigilius Martyr & Epiſcopus Tridentinus, ſiue ſit ille qui in Romano Martyrologio inter Sanctos habetur adſcriptus, ſiue alius quidam, quem ex lib. contra Eutychen conſtat vixiſſe circa tempora Zenonis & Anaſtaſii Imperatorum. Scripſit diſputationem B. Athanaſii cum Sabellio, Photino & Ario, tomo 15. pag. 654. Item contra Eutychen Libros 5. extant tomo 4. col. 491 Omnia nunc primum recenſita ſtudio Andreæ Schotti Societ. IESV.

PASCHASIVS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, floruit temporibus Gelaſii Papæ, ſcripſit libros 2. de Spiritu ſancto, quibus Symboli enarratio continetur, aduerſus errores Macedonii: opus peruetuſtum, & à ſancto Gregorio I. P. M. valde probatum extat, tomo 9. col. 179.

Huius meminit ſanctus Gregorius Magnus, Dialog. 4. cap. 40. & 41. Sigebertus quoque, libro de Viris Illuſt. cap. 17. quia pertinacius fauiſſet in ſuperordinatione Laurentii contra, S. Symmachum PP. qui Pontificatum Maximum iniit Anno Dom. 500. Germanum, Capuæ Epiſcopum vidiſſe illius defuncti Animam in thermis in igne Purgatorio poſitam, ait. Conſule D. Baronii Martyrologium.

S. P. N. CÆSARIVS Arelatenſis Archiepiſcopus, qui aliàs dicitur ſubſcripſiſſe Concilio Agathenſi Coſſ. Meſſala Anno Dom. 506. floruit temporibus Symmachi Papæ, ſcripſit Homilias diuerſas XLVI. de variis rerum Diuinarum argumentis, antea ſub nomine Feliciarii Arelatenſis Epiſcopi, editas Coloniæ, quæ extant, tomo 2. col. 295 Exhortationem ad cuſtodiendam Charitatem, & alia Opuſcula ex Manuſcrip. V. C. Nicolai Fabri, tomo 5. col. 937. Epiſtolam ad quoſdam Germanos, ibidem col. 940. Tractatum de decem Virginibus, ibidem col. 941. eiuſdem Regula Sanctimonialium, col. 997.

Lirinenſem Abbatem illum appellat Sigebertus, libro de Viris Illuſtribus cap. 120. dicitque eum ſcripſiſſe & declamaſſe Homilias Monachorum vitæ congruentes.

TETRADIVS Presbyter Cæſarii Arelatenſis nepos, ſcripſit, Cæſario dictante, Regulam quandam pro Monachis, extat tomo 15. pag. 635.

S. PATERIVS, ſiue Patricius ſub Cæleſtino primo Papa, Legatione functus eſt ad Hibernos, extat ea Legatio accepta ex Miſcellaneis Ger. Voſſii, tomo 15. pag 636.

S. ORIENSIVS, ſiue Orenſius Illiberitanus Epiſcopus, cuius meminit Sidonius Apollinaris lib. 9. epiſt. 12. ſcripſit Carmine Commonitorium, quod extat editum, & Notis illuſtratum à Martino Delrio è Societate IESV, tomo 15. pag. 637.

TIMOTHEVS Presbyter Sanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Vaſorum Cuſtos Sacro-ſanctæ Dei-Paræ, quæ eſt in Chalchoprateis, floruit ſub finem Sæculi Quinti, plurima ſcripſit, reſque eius geſtas habes ex probatis Auctoribus collectas, tomo 6. Annal. Eccleſiaſticorum ab Anno Dom. 511. ad 717. Extat huius Biblioth. tomo 6. col. 407. Fragmentum *de differentia eorum qui accedunt ad ſanctiſſimam noſtram Fidem*. Cuius quidem fragmenti liber integer reperitur in apparatu ſacro Poſſeuini: verbo, TIMOTHEVS. Ab Anaſtaſio Imperatore Hæretico

in Sedem Conſtantinopolit. eiecto Macedonio, intruſus eſt: vnde Nicephorus in Chronico eum numerat XLVII. Epiſcopum Conſtantinop. eius verò ſucceſſorem Ioannem Capadocem Presbyterum ſyncellum illius, quod ipſemet indicat ſatis, cum ait: *Sanctiſſime ſacrorum commiuſter Ioannes, & mihi omnium dilectiſſimo, &c.* initio Fragmenti eiuſdem. Hæc omnia & multa alia colligere licet ex Theodoreto lectore in collectaneis lib. 2.

SEXTO SÆCVLO CONTENTA.

SANCTVS SYMMACHVS P. M. LIII. imperante Anaſtaſio, aduerſus quem ſcripſit Apologeticum tomo 3. col. 141. Apoſtolicum thronum conſcendit, Anno Chriſti paulò plùs minus 500. obiit Anno Dom. 514. cui ſuffectus eſt Hormiſdas.

ECCLESIARVM, quæ per Illyricum & Dalmatiam conſtitutæ ſunt, ad eundem Symmachum Pontif. Epiſtola, tomo 3. col. 137. Huic reſpondet illa Epiſtola Decretalis, cuius initium eſt, *Presbyteris diaconibus, Archimandritis per Illyricum, &c* & habetur Conciliorum, tomo 2. Quinam autem, & qua occaſione Epiſtolam hanc ſcripſerint, ſcribit Gratianus 16. qu. 7. *ſanè Theſſalonicenſes Epiſcopi:* Theſſalonicenſes Epiſcopi, inquit, ob metum Athanaſii Imperat. conſenſerunt Timotheo Epiſcopo Conſtantinopolitano quem Anathematizauerat Concilium Calcedonenſe: 40. Verè Epiſcopi Illyrici & Græciæ, conuenientes in vnum per confeſſionem in ſcriptis factam: & à proprio Metropolitano diſceſſerunt, & Romam mittentes, Romano Epiſcopo communicare profeſſi ſunt in ſcriptis, &c.

MARCVS Felix Ennodius Epiſcopus Ticinenſis, floruit tempore Symmachi & Hormiſdæ Pontificum, circa Annum Domini 503. opera eius ex editione Patr. Iacobi Sirmondi Socier. IESV, vnà cum præfixo indice operum extant, tomo 15. pag. 225.

NONNVS Panopolita quem Sixtus Senenſis inter Græcos Chriſtianos Poëtas principem numerat, teſte Suida, Ioannem Euangeliſtam Carmine Heroïco eſt interpretatus, extat hoc opus Græce & Latine, ex editione Ingolſtadiana, tomo 14. pag. 304. feruntur etiam ſub eiuſdem Nonni nomine Dionyſiacorum libri 48 quos quòd ad rem Eccleſiaſticam nihil conſerant, hic omittimus, vixit ante tempora Iuſtiniani Imperatoris: nam Agathias qui ſub Iuſtiniano floruit libro 4. de bello Gothico, authoritate eius vtitur.

RVSTICVS Helpidius, vel vt alii legunt, Helſridius, vir Conſularis & Inluſtris, ex-quæſtor Medicus Theudorici Regis Gothorum, Imperante Anaſtaſio, ſcripſit Carmine hiſtorias quaſdam veteris ac noui Teſtamenti, tomo 8. col. 706. item Carmen de beneficiis Chriſti, quod extat ibidem col. 707.

TVRCIVS Ruſus Aſterius, vir Conſularis, Exconſul ordinatus, Flauii Præſidii Collega in Conſul tu vixit temporibus Anaſtaſii I. Imperatoris, ſcripſit collationem veteris ac noui Teſtamenti, quæ à quibuſdam Sedulio, ab aliis Claudiano Mamerco Viennenſi Archiepiſcopo, ſolet adſcribi, extat tomo 8. col. 701.

S. LAVRENTIVS Nouarienſis Epiſcopus, ſcripſit Homilias duas; vnam de Pœnitentia, alteram de Eleemoſyna, extant tomo 2. col. 126.

Laurentii melliflui, qui declarauit Homilias ore quaſi mellito, vnde agnominatus ſit mellifluus, Sigeb. meminit libro de Viris Illuſtribus cap. 121. Romanum verò Martyrologium, prid. Kalend. Maii, meminit Laurentii Presbyteri Nouarienſis & puerorum Martyrum, quos ille ſuſceperat educandos: ad vtrum, an ad neutrum pertineat hic noſter, ſum incertus.

FERRANDVS Diaconus S. Eccleſiæ Carthaginenſis, vixit temporibus ſancti Fulgentii, extant ex eius ſcriptis, ad Reginum Comitem, Paræneticus, qualis eſſe debeat religioſus in actibus militaribus, tomo 5. col. 657. & Epiſtolæ ad Anatholium & alios, tomo 3. col. 321.

Qualis fuerit Ferrandus abundè edoceri poteris ex Baronio tomo 7. Annal. Eccleſiaſt. Vide quoque ſanctum Iſidorum, libro de Viris Illuſtribus cap. 12. librum hunc nominat Sigebertus, de ſeptem Regulis innocentiæ, libri de Viris Illuſtribus cap 28.

MARCELLINVS Comes vixit temporibus Iuſtiniani Imperatoris, ſcripſit Chronicon V. C. quo rerum Orientalium Hiſtoriam Euſebii & D. Hieronymi vſque ad Iuſtiniani tempora proſequitur ex Antonii Schonhouii Præfatione ad Reuerediſſ. P. & Dominum Gerardum ab Hamericourt Abbatem ſancti Bertini. Item diuerſa Opuſcula, de quibus vide quæ prænotata ſunt ante eius Chronicon: quod habetur tomo 15. pag. 173.

S. HORMISDAS P. M. ſcripſit ad Poſſeſſorem, Epiſtolam tomo 4 col. 445. Cochleus & nonnulli alii à Ioanne Maxentio decepti exiſtimauerunt hanc ad Poſſeſſorem Epiſtolam non eſſe

Hormiſdæ Romani Pontificis, ſed ab aliquo eius nomine falſo ſuppoſitam. At qui omnes Hormiſdæ Epiſtolas, in cauſa iſta Scytharum Monachorum (qui habetur tomo 1. Epiſtola. Roman. Pontificum) vel leuiter legerit, ex nexu rerum geſtarum, ex ſtylo & verborum ſententiarumque proprietate, ex aliis denique certiſſimis ſignis, manifeſtiſſimè hanc germanam ac genuinam eſſe S. Hormiſdæ Epiſtolam agnoſcet. Vide tomo 7. Annal. Eccleſ. anno 520. cap. 22.

IOANNES Maxentius ſcribit epiſtolam ad Legatos Sedis Apoſtolicæ, de Chriſto Catholicam profeſſionem, in Confeſſionem ſuæ Fidei tomo 4. col. 433. capitula contra Neſtorianos, ibidem, col. 445. aliam profeſſionem Fidei breuiorem, ibidem, col. 443. rationem adunationis Verbi Dei, ad propriam carnem, ibidem, col. 444. Reſponſum ad epiſtolam Hormiſdæ Pontificis, ibidem, 447. Libellum contra Acephalos, ibid. 460. Dialogorum contra Neſtorianos libros duos ad Theophilum, ibid 461.

Hunc Ioannem Cappadocem Presbyterum, ex Timothei Syncello, eius ſucceſſorem in Conſtantinopolitano Patriarchatu 48. dicit Nicephor. in Chronologia. Anno Dom. 518. congregauit Concilium Conſtantinopoli, Imperante Iuſtino ſeniore, cui Concilio ſubſcripſit Theophilus, primùm Gnidi, ac deinde Heracleæ Epiſcopus, ad quem ſcripſerat Dialogum ſuum contra Neſtorianos, Libris 2. Senem ſe fuiſſe dum illud Concilium celebraret, teſtatur his verbis: *Scitis labores meos quos & in antiquitate exiſtens ſubiui, & nunc ſuſtineo pro Fide vſque ad mortem, &c.* Euphemium & Macedonium Conſtantinopolitanos Patriarchas in Diptycha referri cùm ab eo poſtularent omnes Ordines in illo Concilio, de Timotheo illorum ſucceſſore tacuerunt, quia vixiſſet Theopaſchyta. Fallitur omnino Margarinus, cum certiſſimum ſit Ioannem illum Epiſcopum Conſtantinopolitanum longè diuerſum fuiſſe à Ioanne Maxentio: nam ille Cappadox, hic Scyta, ille Epiſcopus, iſte nequaquam, ille ſemper orthodoxus, iſte Hæreticus Eutychianus, ille iam obierat, cum iſte ingentes turbas in Eccleſia excitauit. Vide tomo 7. Annal. anno 518. cap. 105. & ſeqq. & Anno 520. cap. 22. & ſeqq. Eiuſdem Maxentii Libellus Fidei (cuius initium eſt, *redditis mihi Litteris*; finis verò, *Coſſ. Domino Iuſtino Imperatore Auguſto, & Heraclio, viris clariſſ.*) directus ad Hormiſdam PP. habetur inter Decreta eiuſdem Hormiſdæ, Conciliorum, To. 2. & in eo ſigillatim nominat Sedis Apoſtolicæ, Legatos Germanom, Ioannem, &c. quos initio Præfationis in ſuam Fidei Confeſſionem poſuimus.

ALCIMVS Auitus Archiepiſcopus Viennenſis ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant Carmina nonnulla in Geneſin & Exodum, tomo 8. 596. eiuſdem de Conſolatoria Caſtitatis laude ad Fuſcinam ſororem Poëma, ibidem, col. 618.

BENEDICTVS Abbas inſtitutor Ordinis Benedictorum, de quo multa Baronius tomo 7. Annal. Vir fuit ſanctitate, miraculis, doctrina, & genere illuſtris, quippe qui Iuſtinianum auum non quidem Imperatorem, vt aliqui ſimilitudine nominis decepti opinati ſunt, ſed Conſulem habuit. Scripſit Regulam Monachorum, diſtinctam, inquit Trithemius, in capita 73. ex vltima editione & recognitione eiuſdem Ordinis, tomo 15. pag. 690. epiſtolam ad Remigium Rhemenſem Epiſcopum, quam tamen Baronius tomo 6. Annal. anno Chriſti 507. num. 3. contendit non eſſe ſancti Benedicti, ſed alterius cuiuſdam Benedicti viri prædiuitis, cuius filiam Remigius à Dæmone liberauerat: ibidem, pag. 706. Sermonem in morte Placidi, ibidem. Sermonem in deceſſu Mauri & ſociorum, ibidem. Epiſtolam ad ſanctum Maurum, ibidem, pagina 707. Ordinem qualiter Fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari ac Domino militare oportet: ibidem, vnà cum ordine profitendi deuotiſſimo ſub Beatiſſimi Patris Benedicti Regula, ibidem, pagina 709.

VICTOR quidam Epiſcopus Africanus ſcripſit fidei ſuæ rationem ad Hunnericum VVandalorum Regem quam ab ipſo poſtulauerat, tomo 4. col. 401.

D. VICTOR Epiſcopus Capuanus ſcripſit, præter alia quæ hîc non habentur, in Tatiani Alexandrini, Sanctorum quatuor Euangeliorum conſonantiam, Præfationem. Extat tomo 7. col. 2. Virum ſanctiſſimum & doctiſſimum appellat Beda, de Ratione Temporum cap. 49.

D. LEONTIVS Bizantius, ſeu Byzantinus, aduocatus Conſtantinop. poſtea Monachus in Laura S. Sabæ, quem circa tempora Gregorij M. P. vixiſſe conſtat ex eius libro de ſectis Hæreticorum actione quinta, vbi inter Alexandrinos Epiſcopos vltimum recenſet Eulogium, qui tempore ſancti Gregorij ſedit, ſcripſit excerpta ex ore Theodori Abbatis, religioſiſſimi, doctiſſimique Philoſophi, diuinis pariter externiſque litteris eruditi, de ſectis Hæreticorum ac Synodo Chalcedonenſi, diſtincta in actiones 10. in enumeratione Sectarum quæ poſt Synodum Chalcedonenſem natæ ſunt, poſtremos nominat Agnoytas actione 5. & 10. Græce & Latine, tomo 15. pag. 439. Libros 3. contra Eutychianos & Neſtorianos, aduerſus fraudes Apollinariſtarum lib. 1. ſolutiones ad argumenta Seueri, dubitationes hypotheticas & definitiones contra eos, qui negant in Chriſto eſſe duas Naturas. Extant hæc omnia Latine edita tomo 4. par. 2. col. 955. & ſeqq. ſcripſit & alia needum edita, de quibus vide ea, quæ pagina citata ante opera eius prænotata ſunt, ex Henrico Caniſio.

D. DRACONTIVS Presbyter Hiſpanus compoſuit verſibus Heroïcis Hexameron, ſeu de opere ſex dierum, Librum vnum, teſte Iſidoro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, extat hoc opus tomo octauo, col. 837.

THEODORVS Lector ſcripſit duos libros Collectaneorum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, quam proſequutus eſt vſque ad Zenonis Imperium, tomo 7. col. 625. floruit circa Annum Domini 510. vt vult Coccius.

S. IVSTVS Orgelitanus Epiſcopus cum Iuſtiniano fratre ſuo, floruit in Hiſpaniis, temporibus Teudi Principis Gotthorum, vt ſcribit Iſidorus, Libro de Illuſtribus Eccleſiæ Script. cap. 20. & 21. Imperante Iuſtiniano. ſcripſit Commentaria, ſiue Myſticam explicationem in Cantica Canticorum Salomonis. Extant tomo 1. col. 241.

AGAPETVS quidam magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus ad Iuſtinianum Imperatorem iam coronatum parænetícam habuit Orationem, vt teſtatur illius titulus, ſiue expoſitionem Capitum admonitoriorum (quam Græci ſchedam regiam appellant) qua eum admonet quomodo ſe in imperio gerere debeat, extat Græce & Latine, tomo 12. pag. 607. d

ZACHARIAS ex Scholaſtico, Mitylenenſis Epiſcopus: deputatus à Mena Patriarcha, & Concilio Conſtantinopolitano II. Oecumenico V. 165. Patrum contra Antimum & Theodorum ſub Vigilio PP. temporibus verò Iuſtiniani & Iuſtini Imperat. (ſub quibus proinde vixiſſe certum eſt) cum Veſporio Neocæſarienſ. Metropolitan. Prouinciæ Ponti Polemoniacæ, & Acacio Peſſinuntino, ad notificandum Anthymo quæ à Concilio geſta eſſent de eius exauthoratione ab Epiſcopatu Conſtantinopolitano, & inuitandū ipſum infrà 3. die ad Synodum, ad faciendum ſuper annunciatis congruam ſatisfactionem, retulit cum aliis, quæ in ea re geſſerant, ſubſcripſitque Concilio, poſt Conſulatum Fl. Belliſarii. ſcripſit, contra ea quæ de duobus Principiis à Manichæo quodam ſcripta in viam proiecta inuenerat, & de Vniuerſitatis procreatione, contra Mundi & Materiæ æternitatem à Philoſophis conſtitutam Dialogum, Gilberto Genebrardo Theologo Pariſienſi, & Hebraïcarum diuinarumque Literarum Profeſſore Regio, interprete Græcè & Latinè habetur, tomo 11. pag. 331.

Eiuſdem Syntagma aduerſus Manichæos ex tomis antiquæ lectionis Henrici Caniſij I. C. tomo quarto par. 2. col. 945.

S. IOANNES P. M. & Martyr ſcripſit, Illuſtribus ac Magnificis Viris, Auieno Senatori, Libero, Seuerino, Fideli, Auito, Opiloni, Ioanni Syluero, Clementino, & Amphelio, de duabus naturis, aduerſus Eutychianiſtas, Epiſtolam, ſiue Tractatum, tomo 4. col. 411. Scripſiſſe illum Iuſtiniano Imperante, teſtatur illud ex eius Epiſtola: *Iuſtinianus ſiquidem filius noſter, ex vt eius Epiſtolæ tenore cognouiſtis, de his tribus Quæſtionibus orta fuiſſe certamina ſignificauit, &c. probauimus in his, Catholicam Imperatoris fidem, &c.* Hanc porro Epiſtolam eſſe genuinam ac germanam à Ioanne Romano Pontifice editam nullum eſt dubium. De qua plura vide to. 7. Annal. An. Chr. 534. cap. 27. & ſeqq.

ARATOR ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, aut Diaconus, Cardinalis, vixit temporibus Iuſtiniani Imperat. ſcripſit Carmine Actus Apoſtolorum, extat tomo 8. pag. 681. hoc opus in duos Libros diſtinctum, & Vigilio P. M. dicatum. quinimo Pontificatum Eccleſiæ Catholicæ, ad Annum Dom. 537. iniiſſe dicitur, quamquam hoc ſit controuerſum.

PRIMASIVS Epiſcopus Africanus, cuius meminêre Caſſiodorus Inſtitutione Diuin. Lection. cap. 9. & Iſidorus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. collegit teſte Sixto Senenſi, ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino Commentaria in Epiſtolas Pauli, quæ extant tomo 1. col. 1057. ſcripſit prætereà Commentar. in Apocalypſim, cuius meminit Caſſiodorus, extat ibid. col. 1356. de Hæreſibus ad Fortunatum Libros tres, vt teſtis eſt Iſidorus, ſed ij libri videntur interiiſſe, vixit Primaſius, non vt vult Sixtus Senenſis, anno 440. ſed circa annum Dom. 550. vt patet ex Collatione ſecunda 5. Synodi, ibidem col. 1055.

IVNILIVS Epiſcopus Africanus ſcripſit ad Primaſium Epiſcopum de Partibus Diuinæ Legis, Libros duos, extant tomo 1. col. 1. Et inde: Miſſum feci Commentariolum in aliquot prima capita Geneſis, illius nomine antea in hac Bibliotheca editum, quod deprehenderim illum Bedæ adſcribi & haberi inter eius Opera.

RVSTICVS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus, ſecundum aliquos & Cardinalis, vixit temporibus Vigilij Papæ, à quo etiam propter ſchiſma gradu motus eſt. ſcripſit Diſputationem contra Acephalos, extat tomo 4. col. 793. Vide porro quæ ad illius Opuſculi initium adjecimus.

S. MARTINVS Dumienſis Abbas, poſteà Epiſcopus Bracaraenſis, ſeu Gallicienſis, ſcripſit de quatuor Virtutibus Cardinalibus librum, quem vocauit Formulam honeſtæ Vitæ, de Motibus item librum extant tomo 5. col. 689. & ſeqq. ſcripſit etiam Collectiones Canonum, quæ habentur in tomis Conciliorum; & alia quædam quæ nunc non extant. Martinus Epiſcopus Gallicienſis, ſcripſit librum: de quatuor Virtutibus, ad Mironem, aliàs Mironem Regem Galliciæ quem Librum prætitulauit Honeſtæ Vitæ Formulam: Sigebertus libro de Viris Illuſtribus, cap. 119. Hunc eundem Martinum Epiſcopum, tranſtuliſſe per manum Paſchaſij Diaconi plurimas Interrogationes,

& Reſponſiones ſanctorum Patrum Ægyptiorum in Dumienſi Cœnobio ait Sigebertus (vt opinor) eiuſdem libri cap. 118. Floruit regnante Theodemyro Rege Sueuorum; quibus temporibus Iuſtinianus in Republ. Athanagildus in Hiſpaniis Imperium tenuêre: Iſidor. libro de Script. Eccleſiaſticis cap. 22. de eius obitu. Vide Gregor. Turonenſ. Hiſtor. Franc. lib. 5. cap. 37. de Myro autem Rege Galliciorum, quem Iſidorus Teudemirum vocat. vide cap. 41.

S. P. N. IOANNES cognomento Climax, ſeu Climachus & Scholaſticus, Abbas in Monte Sina ſcripſit, Epiſtolam ad Ioannem Abbatem Raythu, quæ habetur tomo 5. col. 178. & Opuſcul. cui titulus, CLIMAX, ſiue Scala Paradiſi: ſiue, Sermones 30. quibus tanquam gradibus ad Chriſtianæ vitæ perfectionem adſcenditur, extant col. 181. ad Abbatem Paſtorem, de Officio Paſtoris, Libellum, ſiue, Libri qui Paradiſi Scala dicitur, Appendicem, tomo eodem, col. 729. cui ſubiecimus Commentaria in 30. Sermones Climachi, & eiuſdem cōmendationem factam à Ioanne Raythu, ſeu Raytio Abbate, ibidem col. 737. Nec non eiuſdem vita, tomo eodem, col. 177. à Daniele humili Monacho compendio è conſcripta. Adde contemplationem Scalæ vitæ eius admixtam, ibidem col. 739. ſcripſit prætereà Climachus alia quædam necdum edita, ex quibus, teſte Poſſeuino; extat Manuſcripta in Bibliotheca Viennenſi in ſacram Scripturam expoſitio, de variis capitibus Religioſis: de Virtutibus, de Vitiis, de Beatitudine, de Precibus, de Pigritia, de Falſo, idem teſtatur Sigebertus de Viris Illuſtribus, cap. 60.

S. P. N. IONNES Abbas Raythu contemporaneus ſancti Climaci mox laudati ſcripſit ad eundem Epiſtolam quæ habetur tomo 5. col. 179. item eiuſdem ſancti Climacis Commendationem circa librum de Paſtorali Officio, tomo eodem col. 738. & Scholia in eundem col. 739.

DANIEL humilis Monachus ſcripſit ſub Compendio vitam ſancti Ioannis Climacis, extat tomo 5. col. 177. indicat ſe fuiſſe diſcipulum Abbatis Ioannis, illius, ni fallor, ad quem ſanctus Climachus, Climacem ſuum ſcripſit his verbis: *Teſtis eſt Paſtor noſter Optimus Ioannes, à quo, Magnus ille exoratus de Monte Syna ſuas inſcriptas à Deo Tabulas oſtendit nobis, &c.*

D. VENANTIVS, Honorius Clementianus Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus, ſcripſit Carminum, Epiſtolarum & Expoſitionum lib. 14. de vita ſancti Martini lib. 4. qui extant tomo 8. pag. 752. Cætera verò, diuerſis de rebus Opuſcula, tomo eodem pag. 772. in quorum titulo vocatur Presbyter Italicus.

S. COLVMBANVS Scotus, ſiue Hybernus, Cœnobij Bubienſis, in Italia primus Fundator, & Abbas ſcripſit, teſte Sigeberto de Viris Illuſtribus, multa & ad canendum digna & ad docendum vtilia, ex quibus nunc extant, tomo 15. pag. 683. Carmen Monoſtichoo, & Epiſtola ad Hunaldum diſcipulum, in qua deteſtatur auaritiam, pag 685. quæ etiam habetur tomo 8. pagina 843. obiit Anno Dom. 614 ſecundum nonnullos; illum enim, Sigebert. in Chronico, obiiſſe meminit ad Annum Dom. 598. Vitam, Acta, Scriptorum monomenta ſancti Columbani ſume ex illis Authoribus quos percenſent Notæ ad Romanum Martyrolog. 21. Nouembris. Quo die Eccleſis Feſtum eius inter Sanctos ſolemni ritu celebrat.

alterius, ſiue eiuſdem S. COLVMBANI, Abbatis, Epiſtola Poëtica ex Codice Manuſcripto Friſingenſi, primùm ſuo nitori reſtituta & edita, tomo eodem pag. eadem, d r

ANDREAS Hieroſolymitanus, Cretenſis Epiſcopus, vel Archiepiſcopus non Hieroſolymitanus, vt putauit Sixtus Senenſis, ſcripſit Sermonem in Salutationem Dei-Paræ, Marco Hoppero interprete. Extat tomo 12. pag. 674. & Orationes duas in Exaltationem ſanctæ Crucis, quæ extant tomo 15. prima pag. 686 ſecunda pag. 688. floruit, vt vult Caniſius, Anno 550. & Coccius 570. Habentur quamplures eiuſdem Authoris Sermones in vitis Sanctorum, ex Simeone Metaphraſte, & Aloyſio. per R.P.D. Surium collecti: qua de re noluimus, hoc loco, ſtudioſos librorum mole & ſumptibus onerare.

ISAACOS Syrus Monachos duos inuenio, vnum cuius ſcripta recenſent Tritbemius, & Gelaſius, qui ſcribit eum obiiſſe temporibus Leonis & Martiani Imperatorum: alterum quem de Syriæ partibus ac Spoletanam vrbem prioribus Gothorum temporibus veniſſe, & vſque ad extrema Gothorum tempora ſuperuixiſſe teſtatur, narratque de eo multa Gregorius lib. 3. Dialogorum: quique S. Presbyter Antiochenus nuncupatur initio Operis. Vtriuſnam autem ſit liber ille de Contemptu Mundi, quem poſuimus tomo 5. col. 483. & ſeqq. incertum eſt. Inuenio quidem à Poſſeuino tribui Iſaaco priori, ſed neque Tritbemius, neque Gelaſius, qui ſcripta prioris Iſaaci recenſent, huius libri meminerunt: vnde non minus probabile, eſſe Iſaaci poſterioris, propter ea, quæ in principio huius libri annotata inuenies.

CHRYSIPPVS quidam Presbyter Hieroſolymitanus, ſcripſit Sermonem de ſancta Maria Dei-para, ſiue Homiliam D. Ioanne Pico interprete, quæ extat Græce & Latine, tomo 12. pagina 668. Hunc Authorem Sæculo ſexto ponit Margarinus, & fortaſſis idem ille eſt quem Photius in ſua Bibliotheca tradit, ſcripſiſſe de Martyrio Nicodemi, Gamalielis, & Abibonis.

ANASTASIVS Epiſcopus Antiochenus, ſeu, quod idem eſt Theopolitanus Patriarcha, & Martyr, Anaſtaſij Sinaïtæ ſucceſſor in eodem Epiſcopatu, de quo multa Baronius tomo 8. Annalium,

nalium. Scripſit Compendiariam Orthodoxæ Fidei Inſtitutionem, quæ ſub nomine Athanaſii, & Cyrilli extat tomo 15. pag. 677. c 1. Scripſit etiam Profeſſionem ſuæ Fidei ad Gregorium Magnum, vt patet ex Gregor. lib. 7. Epiſtol. epiſt. 48. Indictione ſecunda Romanæ editionis, ſed ea non extat. Eundem librum Paſtoralis Gregorii in Græcam Linguam tranſtuliſſe, teſtis eſt Baronius Anno Chriſti 602. Martyrio affectus eſt, & excarnificatus à Iudæis, anno ſeptimo Imperii Phocæ, Anno verò Chriſti 609. vide ibi Annales Baronii, num. 3.

S. GREGORIVS Papa floruit Mauritii & Phocæ Imperatorum temporibus, Pontificatum iniit circa Annum 590. obiit Anno 604. Pontificatus XIV. multa ſcripſit ex quibus hîc poſuimus tantum Diuinum Officium, ſeu Liturgiam, quam Eccleſiæ vt Formulam Miſtæ, reliquit, & quam Græci Dialogum cognominant, cum interpretatione Græcâ Georgii Codini, tomo duodecimo. pag. 325.

EVANTIVS, al. Euantos Abbas, qui putatur vixiſſe circa Annum Dom. 590. de quo vide Præfationem Henrici Caniſij ad Lectorem. Scripſit contra eos, qui ſanguinem immundum eſſe judicant, & carnem mundam eſſe dicunt Epiſtolam, quæ extat tomo 15. pag. 711. Primum edita ex Manuſcr. membranis S. Galli per eundem Henricum Caniſium.

Ex S. P. N. MARCI Anachoretæ Epiſtola ſecunda, Fragmentum tomo 2. col. 76. & tomo 5, col. 822.

SEPTIMO SÆCVLO COMPREHENSA.

HESYCHIVS, ſiue Iſichius Epiſcopus Hieroſolymitanus, tempore ſancti Gregorii vixit: nam ad eum eſt epiſtola 40. Lib. 9. ex regiſtro eiuſd. S. Gregorii. Neque alius inuenitur Epiſc. Hieroſolymæ, qui dicatur Heſychius, vel Iſichius, ante iſtum. Hic igitur ſcripſit Sermones duos de B. Virgine, quorum ſecundus hunc titulum tantum habet *ejuſdem de eadem*, D. Ioanne Pico V. C. interprete, qui extant Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 661. & ſequent. Item, Sermonem de ſancto Iacobo fratre Domini, cuius meminit Photius in ſua Bibliotheca, ſed non videtur extare. Στιχηρὸν in duodecim Prophetas minores, & Iſaïam, ſed hoc opus needum quod ſciam, eſt Latinè editum. Extat etiam ſub nomine Heſychii Presbyteri ad Theodulum, Sermo compendioſus, animæ perutilis, de temperantia, & virtute: quæ dicuntur ἀντιῤῥητικὸς καὶ εὐχητικός, hoc eſt, de ratione reluctandi & precandi, quem poſuimus Græcè item & Latinè, tomo 11. pag. 895. & ſeqq. verum tamen hic Sermo, perinde ac prædicti duo de B. Virgine ſint Heſychii Hieroſolymitani, nobis adhuc eſt incompertum, cum plures fuiſſe Heſychios Presbyteros ſcriptores Eccleſiaſticos, conſtet ex Bibliotheca Photii. Habemus etiam ſub nomine Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani, orationem demõſtratiuam, in ſanctum Andræam Apoſtolum, Carolo Fabio interprete, tomo 15. pag. 821. d 2. ex editione Lugd. Thomæ Galleti.

Putant nonnulli hunc Heſychium Presbyterum eſſe eundem qui ſcripſit Commentaria in Leuiticum, quem Epiſcopum Hieroſolymitanum appellat Strabus Monachus, Præfatione Gloſſæ ordinariæ in Leuiticum; eumque exiſtimant ex Presbytero Hieroſolymitano factum eiuſdem Eccleſię Epiſcopum, eſſéque illũm Heſychium qui in ordine Hieroſolymitanorum Epiſcoporum numeratur quinquageſimus nonus, in Chronologia ſancti Nicephori: floruitque (vt dictum eſt initio) tempore ſancti Gregorii Magni, ad quem extat eiuſdem Epiſtola, quæ eſt, vt ſuprà, 40. lib. 9. Regiſtri. De his Conſule Apparatum Poſſeuini.

SOPHRONIVS Epiſcop. ſiue, Archiep. ſiue, Patriar. LXII. Hieroſol. de quo multa Baron. tom 8. Annal. vixit temporibus Heraclii Imperatoris, extant eius Orationes duæ in Chriſti Seruatoris Natalitia, quæ tum in Dominicum diem inciderant, item & de immani ſæuáque tyrannide Sarracenorum qui per id tempus obſidebant vel occupabant Bethleem; tomo 2. col. 251. & eiuſdem, ſanctorum Archangelorum, Angelorum, cæterarumque Cœleſtium Virtutum, Encomium: tomo eodem col. 259. Item, epiſtola ad Sergium in Conciliorum tomis in VI. Synodo, Act. 11. Eidem attribuitur fragmentum de laboribus, certaminibus & peregrinationibus SS. Petri & Pauli: (æquiori tamen iure putauerim eſſe Sophronii Presbyteri, cuius vitam deſcribit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum) quod habetur tomo 7. col. 107. Vide quæ in titulo eius Orationum poſuimus, tomo 2. col. 251. cit.

ADVERTE obiter huius Sophronii, & illius qui IV. Sæculo habetur, & nomen & opera confundi: id Lectori enucleatius examinandum relinquere maluimus, quam quid ita controuerſum noſtro judicio dirimere.

HONORIVS I. Papa, de quo multa Baronius tomo 8. Annalium. præſertim anno 645. vbi eum aductſus varias calumnias deffendit, ſcripſit Epigramma de Aſcenſione Domini, ad Cœlos Apoſtolis obſtupeſcentibus. extat tomo 8. pag. 680. c 2. Idem Epigramma attribuitur ab aliquibus Honorio II. etiam Pontifici Maximo.

S. P. N. ANTIOCHVS Monachus in Laura Primùm: Deinde Abbas in Monaſterio Sancti Sabæ, de quo multa Baronius tom. 8. Annal. Scripſit Homilias CXXX. ſiue Pandectes Scripturæ Diuinæ ad Euſtathium Præpoſitum, Godefrido Tilmanno Carthuſiæ Pariſienſis Monacho, interpr. * quæ extant Græcè & Latine, tomo 12. pag. 5. & exomologeſin quæ extat pag. 235. *In câ fortitudinem noſtram, decus & ornamentum: ſalutis inquam* (ait) *noſtræ ſpem, nempe Crucem Chriſti tradidiſti fidei aduerſariis, &c.* quod Heraclio Imperante accidiſſe eſt manifeſtum.

LEONTIVS Conſtantiæ, vel vt alii volunt Neapoli, in Cypro Epiſcopus, ſcripſit vitam Ioannis Eleemoſynarii, quam, quia noſtri inſtituti non eſt, vitas Sanctorum hîc inſerere omittimus. Habet hic liber teſtimonium à ſecunda Nicæna Synodo. Homiliam de Transfiguratione Domini quam citat eadem Nicæna Synodus, ſed non videtur extare. Contra Iudæos librũ ex quo Fragmentum extat ab Henrico Caniſio editum, tomo 16. pag. 1.

S. ELIGIVS Nouiomenſis Epiſcop. vigeſimus: adfuit ſubſcripſitque Concilio Cabilonenſi I. quod tàm Epiſcoporum communi voluntate quàm ex euocatione Domini Clodouei ſecundi Galliarum Regis, fuit congregatum. Pro auferenda vero Simoniaca peſte quæ à tempore Brunechildis Reginæ vſque ad Dagoberti tempora inualuerat, cum ſancto Audoëno Archiepiſcopo Rothomagenſi ſollicitè inuigilauit: vt ſcribit Vincentius in Speculo Hiſtor. libro 23. cap. 87 Obiit, teſte Sigeberto in Chronico, Anno Domini *666*. ſcripſit Homilias 16. quæ extant tomo 2. col. *79*.

Abbas IOANNES Moſchus cognomento Euiratus, ſcripſit ad Sophronium Patriarcham Hieroſolymitanum Pratum Spirituale: quâ ex re (opinor) fit vt ipſi Sophron. à nonnullis ſit ad- * ſcriptum, & citetur ſub nomine Sophronii, Actione quarta Synodi Nicænæ. Extat Græce & Latine Ambroſio Camaldulenſi Monacho interprete, cum additionibus Diui Aloyſii Veronenſis Epiſcopi, contra omnes Hæreſes; quas in ſingulorum capitum fine ſubjunxit tomo 13. col. 1055. extat etiam eiuſdem Aloyſii Lipomani Epiſtola ad Lectorem, ibidem.

ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus, ad differentiam Iſidori ſenioris Cordubenſis Epiſcopi, Iſidorus Iunior appellatus, &, vt quidam putant, Diui Gregorii diſcipulus: Floruit ſub Heracleona Imperatore Heraclii filio, temporibus Siſebuti Regis Gothorum in Hiſpania, Anno Domini 630. Scripſit multa quę Trithemius enumerauit ex quibus hic extant Libri duo de Eccleſiaſticis Officiis, tomo 10. col. 181. & ſequ. Vitam ipſius habes initio tomi eiuſdem in qua etiam Sancti nomine inſignitur, cui ob ſanctitatem Vitæ die xvi. Ianuarii, annui ſtatuti ſunt honores.

S. GALLVS Abbas & Confeſſor (Diſcipulus ſancti Columbani cuius vitam conſcripſit walafridus Strabo, habuit Sermonem, *Conſtantia* dictum, in Templo ſancti Stephani in Conſecratione Ioannis Epiſcopi Conſtantienſis, qui extat tomo 15. pag. *678*. Hic Author per incuriam Sæculo VI. poſitus erat in Indice Colonienſis edit. cum ſit ponendus hoc Sæculo VII. Obiit n. Anno Dom. *640*. Vide Martyrolog. Baronii 16. Octobris.

PETRVS Laodicenſis Epiſcopus, & Germanus Patriarcha Conſtatinopolitanus, ſcripſerunt expoſitiones in Oration. Dominicam, quæ extant tom. 1. col. *369*. floruit hic 1. Author hoc Sæculo ſeptimo, iuxta Coccium & alios.

GEORGIVS Piſides, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus & Chartophylax, ſeu Referendarius: Scripſit Senariis Verſibus inter alia quæ non extant, Opus ſex dierum, quod habe- * tur Græcè & Latinè, interprete Federico Morello, tomo 14. pagina 389. & ſeqq. Habentur etiam eiuſdem ſenariorum Fragmenta aliqua, ex Suida & aliis Scriptoribus, tomo eodem, pag 436. floruit hic idem Author hoc Seculo VII.

THALASSIVS humilis Monachus, Abbas, ſcripſit ad Paulum Presbyterum, de ſincera Charitate, ac vera Continentia, nec-non de Regimine Mentis Hecatontades quatuor, extant * Græce & Latine, tomo 11. pag. 1179. Scripſit ad eum Maximus Confeſſor, Librum de Scripturæ locis obſcurioribus: hunc Authorem Coccius ponit Anno Chriſti 640.

BERENGOSVS, ſeu, Berengoſius, ad S. Maximum, extra muros Treuirorum, Abbas, ſcripſit de Laude & Inuentione ſanctæ Crucis, libros tres: tomo 2. col. 485. Eiuſdem, Libellus inſignis de Myſterio ligni Dominici, &, de luce Viſibili & Inuiſibili, per quam antiqui Patres meruerunt illuſtrari: col. 520. Eiuſdem; in illud ex Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos, &c.* Sermo, in Natali Martyrum legendus: tomo eodem, col. 541. Eiuſdem, Sermo de Martyribus, de eodem Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos:* col. 546. Eiuſdem in illud ex Leuitici cap. 6. *In ſartagine oleo conſperſa frigetur, offeret eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino Sacerdos: qui jure, patri ſucceſſerit, &c.* Sermo de vno Confeſſore: col. 549. Eiuſdem, in illud ex eodem 6. Leuitici capite: *Ignis in Altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos, &c.* Sermo de vno Confeſſore atque Pontifice: col. 553. Eiuſdem, Sermo in Dedic. Eccleſiæ, déque Reliquiarum veneratione: col. 557. Hunc, mul-

ra ſcripſiſſe de Humana Sapientia, & de ieiuniis Quatuor Temporum annotauit Sigebertus libro de Viris Illuſtribus, cap.157. Ponit hunc Authorem Bellarminus Sæculo ſeptimo. Sed addit incertum eſſe, quo tempore vixerit.

B. ESAIAS Abbas, ſcripſit ad Fratres, cum quibus viuebat, Homilias, ſeu Orationes 29. extant tomo 2. col. 181. ponit etiam hunc Authorem Bellarminus Sæculo VII. & addit incertum eſſe quo tempore vixerit.

S. P. N. THEOPHRIDVS Abbas, ſcripſit Sermones duos de Sanctorum Reliquiis & Veneratione, I. tomo 2. col. 353 extat· II. col. 355· qua tempore hic Author vixerit, non ſatis conſtat, ponitur quidem à recentioribus quibuſdam, Anno 1120. ſed nullo certo argumento, nos iuxta Antiquos Sæculo VII. poſuimus.

MAXIMVS Conſtantinopolitanus, Monachus, Confeſſor & Martyr, de quo multa Baronius tomo 8. Annalium, ſcripſit varia, quorum Catalogum texit idem Baron. Anno Chriſti 657. numero 31. Sed ex iis aliqua non extant, aliqua nondum ſunt in Latinam Linguam conuerſa, habes Græce & Latine Liturgiæ expoſitionem: ſiue, de Eccleſiaſt. Myſtagogia, & quotumnam ſint ſigna io ſancta Eccleſia, quæ in diuina Synaxi, ſeu Cõmunione peraguntur, librum to. 12. pag. 410. e. Pontifice M. Honorio I. imperante autem Heraclio certauit aduerſus Monothelitas fortiter ſcripſitque.

NICEPHORVS Cartophylax, ſcripſit ad Monachum quendam Theodoſium, Corinthi incluſum; de quarundam Quæſtionum explicatione, Epiſtolas duas, tomo 3. col. 47. Eiuſdem (non admodum certum tamen, an Nicephori cuiuſpiam alterius) Epiſtolæ, ad eundem Theodoſium (vt opinor ex Typographorum incuria corrupto foliorum indice numero, penè prætermiſſum Fragmentum, de Ligandi Soluendique Poteſtate, tomo 3. col. 146. Hunc Authorem hoc Sæculo ponit Margarinus, ſed à Coccio ponitur anno 830.

S. P. N. HILDEPHONSVS, ſiue Idelphonſus, vel (vt alii legunt) Illephonſus: & quidam, Alphonſus Archiepiſcopus Toletanus, poſt Eugenium II. Anno Chriſti 662. de quo multa Baronius tomo 8. Annal. ſcripſit multa Carmine & ſoluta Oratione, ex quibus extant, Liber de Illibata Virginitate ſanctæ ac glorioſæ genitricis Dei Mariæ, contra Infideles, ordine Synonimorum conſcriptus: tomo 9. col. 91. Eiuſdem, Liber contra eos qui diſputant de perpetua Virginitate ſanctæ Mariæ, & de eius Parturitione: tomo eodem, col. 135. Homilia eiuſdem, contra eos qui mendoſè affirmant, Mariam Virginem, contra Legem, Dominum peperiſſe: eodem tomo, col. 142. Eiuſdem, Sermones ſex de Aſſumptione beatiſſimæ & glorioſæ Virginis Mariæ: eodem tomo, col. 144 Eiuſdem, Sermo in Natiuitate beatæ Mariæ Virginis, tomo eodem, col. 168. & de Purificatione Sermo, tomo eodem, col. 172. omnia partim primùm edita, partim verò ad Manuſcrip. Codices collata & emendata per R. P. F. Franciſcum Feu-ardentium, Theologum Doctorem Pariſienſem. Extat etiam inter Opera ſancti Iſidori Hiſpalenſis Libellus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſub nomine ſancti Hildephonſi, vide plura tomo 9. col. 92. in titulo.

S. IVLIANVS Toletanus Archiepiſcopus ſecundum aliquos diuerſus à Iuliano Pomerio, Presbytero; & a Iuliano Pomerio Diacono, (Conſule, quæ habentur tribus ab hinc lineis, res n. hæc controuerſa eſt admodum) ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant, Epiſt. ad Idacium Barcinonenſem, ſiue Barcillonenſem, Orario ad Deum, Prognoſticõn, ſiue, de Origine Humanæ Mortis, Futuro Sæculo, aut Vitæ Futuræ Contemplatione, lib. 3. tomo 9. col. 339. Eiuſdem, de Demonſtratione ætatis ſextæ, contra Iudæus, lib. 3. tomo 4. col 109. Quos ſe ſcripſiſſe Anno Chriſti 686. teſtatur ad finem libri tertii: Iſtorum trium Opuſculorum Authorem eſſe dicique debere Pomerium non dubitò, cùm in ſua Præfatione ad Demonſtrationem ſextæ ætatis contra Iudæos, Pomerium ſe ipſemet dicat: *Inclyto, glorioſo, &c.* inquit, *Domino Eringio Regi, Iulianus* (*Pomerius* in aliis editionibus habetur) *ſeruulus veſter.* At pluribus annis iuniorem altero Pomerio quem citat in Prognoſtico, lib. 3. cap. 16. 19. 20. 26. 27. 28. Gennadius verò, Maurum natione, Presbyterum in Gallia ordinatum, ſua ipſius ætate adhuc ſcribere, & in conuerſatione Deo digna viuere, in Catalogò cap. 98. & Iſidorus, alios quoque tres Prognoſticos de Vitæ Futuræ Contemplatione libros ſcripſiſſe ait in Catalogo cap. 12. eumque ſequutus Honorius Auguſtod. ita vt prioris meminiſſe, capite 54. poſterioris verò Pomerii, cap. 56. Sigebert. dicamus: nec iniuria, cùm ob multa alia, tum quod Eugenium Toletanum præceptorem ſuum dicat, Prognoſtic. libr. cap. 17. Ac proinde in Hiſpania in ſacris Diſciplinis adoleuiſſe, & iunior Iſidorum Hiſpalenſem ſeniorem vidiſſe, facilè dici poſſit. Epiſcopum autem ſcripſiſſe contra Iudæos indicat, illud ex eius Præfatione: *huius acerbitatis ſententiam* (Ezechielis videlicet 33. contra Paſtores tacentes) *pertimeſcens, & Ordinis mei mancipatus officiis, &c.* & ſtatim initio primi libri, *nitendum eſt nobis, qui (licet indigni*, inquit) *miniſtri tamen Verbi Dei ſumus, &c.* Fallitur Margarinus, tres enim diſtinctos Iulianos oportet conſtituere: Primum Pomerium natione Maurum, ſecundum ſanctum Iulianum Archiepiſcopum Toletanum, qui nequaquam dictus fuit Pomerius: tertium, Iulianum Toletanum Diaconum, forſan Pomerium appellatum, qui poſterior aliquando fuit ſancto Iuliano Archiepiſcopo. De his plenius annotamus ſuis locis, initio Operum duorum Iulianorum Toletanorum, ibi vide. Eiuſdem Commentarii in

Nahum Prophetam, extant tomo 1. col. 583.

IVLIANVS POMERIVS, Toletanæ Sedis Diaconus, in ſancti Hildefonſi Librum de Laudibus intemeratæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ in die Aſſumptionis ſuæ apparuit ei viſibiliter, eique veſtimentum dedit, Præfationem ſcripſit, quæ extat tomo 9. col. 91.

SEVERVS Patriarcha Alexandrinus, ſcripſit de Ritibus Baptiſmi Libellum, extat tomo ſexto, col. 23. & Ordinem oblationis Myſteriorum, ſeu Liturgiæ, & Sacramentorum Rituale, Chriſtianis Ægyptiis idiomate & charactere Syriaco tradidit, mox poſt Mahumeticam tempeſtatem (vt videtur) in captiuorum ſolatium: quod habetur tomo 6. col. 34. Item, Precationes A-be-ce-dariæ Syrorum. Vide Genebrardum in Chronologia, ad Ann. Chriſti 646. vt poſuimus tomo eodem, col. 23.

COSMAS Hieroſolymitanus floruit, vt Author eſt Suidas, temporibus Damaſceni, ſcripſit in ſanctam Chriſti Redemptoris Theogoniam, Feſtáque alia & Myſteria, Hymnos XIII. tomo 8. col. 716.

,PANTHALEON Eccleſiæ Conſtantinop. Diaconus, ſcripſit Sermonem vnum de Chriſto & ſancto Ioanne Præcurſore eius, Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 686. Hunc Authorem hoc ſæculo ponit Margarinus, ſed à Coccio ponitur Anno 850.

PETRVS Apollonius Collatinus, ſeu, Collatius, al. Presbyter, al. Epiſcopus Nouarienſis, ſcripſit Carmine heroïco, de excidio vrbis Hieroſolymitanæ libros 4. qui extant tomo 8. col. 731. Hunc Authorem hoc Sæculo VII. ponit Margarinus.

MARCVLFVS, Monachus, qui vixit circa Annum Domini 660. ſcripſit Formularum lib. 2. qui vnà cum quibuſdam aliis incertorum Authorum, illis admixtis, extant ex editione Pariſienſi, Anni 1613. tomo 16. pag. 2. Acceſſerunt & aliæ veteres Formulæ incertorum, ex vetuſtiſſimis codicibus, quas Hieronymus Bignonius primus edidit & recenſuit.

IOANNES Carpathiorum Epiſcopus (quem quia Photius citat, poſuimus hoc ſæculo:) ſcripſit ad Monachos ex India, eorum rogatu, capita Hortatoria, ſiue Documenta Spiritualia LXXXII. tomo 15. pag. 845. c 1. Habentur etiam infra Sæculo XII. huius Bibliothecæ poſt Michaelis Glycæ Opuſcula.

OCTAVO SÆCVLO CONTENTA.

ALTHELMVS, vel vt alii legunt Adelhelmus, ſiue Adelmus, Occidentalium Saxonum, ſeu Schirreburgenſis in Britannia Epiſcopus, ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ enumerant Trithemius, Poſſeuinus, & alii: ex quibus extant ad Hyldilicham, Iuſtinam, &c. Virgines, de Laudibus Virginitatis, Epiſtola, ſiue Liber, ab innumeris mendis quibus ſcatebat, in Editione prima, repurgatus, nec tamen ſublatis plurimis parùm Latinis vocibus, quæ illi ſunt familiares, tomo 3. col. 275.

Sigebertus, hunc Adelmum (vel vt alii Adhelmum) Abbatem Scotorum appellat: aitque, præter alia quædam, ſcripſiſſe librum de Virginitate, geminato opere (exemplo Sedulii; ideſt, Proſa & metro: Libro de Viris Illuſtribus, cap. 66. Eundem (etiamſi Epiſcopum nominet dicit cap. 133. Eiuſdem Libri, expreſſiſſe rerum qualitates, Libro Ænigmatum, in mille Verſibus: quem vtrumque Adhelmi librum (Poëticum videlicet, de Virginitate, & alterum, Ænigmatum:) Manuſcr. vidi in Bibliotheca, V. C. Briſſonii, Pariſij Senatus Præſidis. Epiſtolæ ſuæ, cap. 7. citat Librum triceſimum Moralium Gregorij, Sedis Apoſtolicæ Præſulis, *à quo rudimenta Fidei, & Baptiſmi Sacramenta*, inquit, *ſuſcipimus*; & cap. 22. *S. Agathæ rumores, & Luciæ praconia*, inquit, *Praceptor & Pædagogus noſter Gregorius, in Canone quotidiano: pariter copulaſſe cognoſcitur, &c.*

S. P. N. GERMANVS, Confeſſor, ex Cyzinenſi Epiſcopo, Conſtantinopolitanus Patriarcha, vixit temporibus Leonis Iſaurici, ſeu Cononis Imperatoris, à quo & eiectus eſt Patriarchatu & in exilium actus. Vide hac de re, tomo 12. pag. 689. in marg. Scripſit multa, ex quibus nunc extãt Græcè & Latinè, Theoria Rerum Eccleſiaſticarum, tomo 12. pag. 375. vbi teſtimonium eius ſanctitatis in titulo exhibetur. Habes etiam tomo eodem, pag. 689. Eiuſdem Patris, in tres Sermones, præſentationis, ſcilicet, Natiuitatis, & Dormitionis diſtributum, Encomium ſanctiſſimæ Dei-paræ, Petro Pantino interprete, quod tamen Iacob. Gretſerus Societ. IESV, in Notis ad libros ſuos de Cruce, putat eſſe alterius Germani, ſicuti & ipſam theoriam. Eiuſdem nomine & Petri Laodicenſis, Latinè tantum editus eſt Commentariolus quidam in Orationem Dominicam: huius Bibliothecæ, tomo 1. col. 369. quem ad verbum, tranſcriptum & expreſſum habes in illa eadem Rerum Eccleſiaſticarum Theoria, tomo anteà deſignato, pag 404. Fertur etiam ipſius eſſe fragmentum quoddam contra Hæreſes ad Anthimum ab Henrico Caniſio editum, quod habetur tomo 15.

pag. 709. c 1. Ibidem reperitur Oratio ſub eodem nomine in primam ieiuniorum, &c. At illius eſſe non videtur; ſed alterius qui vixit Sæculo XII. Obiit tandem ætatis ſuæ anno 90. Vide apud Nicephor. in Chronol. & Zonaram in Annalibus.

S. GREGORIVS tertius Pontifex Maximus, iniit Eccleſiæ Catholicæ Pontificatum ad Annum Chriſti 730. Extat excerptum ab eo editum, ex Patrum dictis Canonumque ſententiis de diuerſis Criminibus, & Remediis eorum. tomo 6. col. 399.

Scripſit & Commonitoria dicata Leoni & Conſtantino Imperatoribus, Iconomachis, ait Sigebertus libro de Viris Illuſtribus, cap. 76. Præter alios autem verſatus eſt in illo eodem argumento, ſcripſitque librum Pœnitentialem, ſecundum decreta Canonum, ad Ebbonem Rhemenſem, vt notat Sigebertus, libro eodem de Viris Illuſtr. cap. 123.

ALVINVS, Alcuinus, ſiue, Albinus Flaccus, Anglus, cognomento Diaconus, Bedæ Diſcipulus & Præceptor Caroli Magni; quo regnante Abbas fuit ſancti Martini Turonenſis, claruit anno 780. ſcripſit librum de Diuinis Officiis, ſeu, Ordinis Romani expoſitionem tomo decimo, col. 225. & ſeqq. Plura, de eodem Albino collegit Melchior Hiſtorpius, ex Trithemio, Sixto Senenſi, & aliis, quæ extant in titulo, ALBINVS, initio tomi eiuſdem.

LVCAS Abbas Montis Sancti Cornelii, ſcripſit, ex Apponii Commentariis in Cantica Canticorum, ab eiuſdem Libri, capite 4. verſu 8. vſque ad finem; Summariola, tomo primo, columna 327.

ANONYMVS Author, Præfationis in ſancti Dorothei doctrinas quas inuenit, ſcripſit Epiſtolam ad Fratrem, qui petebat ſibi mitti doctrinas inuentas ſancti Patris Dorothei. In qua Epiſtola continetur laus Dorothei & narratio vitæ Doſithei, Diſcipuli ipſius Dorothei, quæ extat Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 745. Porrò ille vixit, cum eſſet Tharaſius Patriarcha Conſtantinopolit. vt apparet ex eò quòd in illa ſua Præfatione: *A Marco, Eſaia, Barſanuphio, & Dorotheo, Acephalis, ait, longè diuerſiſſimi ſunt hi, quos non ſolum à Patriarcha Tharaſio, (qui hoc tempore, ſummo Sacerdotio præeſt) traditos amplector, &c.*

SENTENTIÆ SS. Patrum de Venerandarum Imaginum vſu, comprobatæ in ſancta & generali Synodo, Imperantibus Conſtantino & Irene matre, Anno à Chriſti Natiuitate 756. & eorum Imperii VIII. incipiente G. M. T. interprete. Extant Græcè & Latinè tomo 11. pag. 725.

S. BONIFACIVS primus Archiepiſcopus Moguntinus, & Martyr, & Germanorum Apoſtolus, de quo multa Baronius tomo 9. Annalium. & Bellarminus de Script. Eccleſiaſt. cuius teſtimonium habes initio Operum eius. Scripſit Epiſtolas multas, quæ vnà cum Epiſtolis aliorum ad ipſum ſanctum Bonifacium, extant tomo 16. pag. 48. vſque ad 121. per Nicolaum Serarium Societ. IESV editæ, & Notis illuſtratæ, tomo eodem pag. 784. c 2. vſque ad pag. 806.

MARCVS Epiſcopus Idruntis floruit, vt vult Coccius Anno Chriſti 750. ſcripſit Hymnum in magnum Sabbathum, qui extat tomo 8. pag. 725.

ANASTASIVS Abbas, diuerſus ab Anaſtaſio Sinaita, quem Henricus Caniſius ſuſpicatur illum eſſe, cuius meminit Damaſcenus initio libri de Triſagio, & Baronius Anno Chriſti 749. ſcripſit librum contra Iudæos, qui ab Henrico Caniſio, editus extat tomo 4. par. 2. col. 1073. ibidem exiſtimatur Sæculo VIII. vixiſſe.

INCERTI cuiuſdam Authoris, qui videtur vixiſſe circa Damaſceni, collectanea contra Seuerianos, ab eodem Caniſio edita, extant eodem tomo, eadem parte, col. 1108.

ETHERIVS Epiſcopus Vxamenſis, & beatus Presbyter, ſcripſerunt aduerſus Elipandum Archiepiſcopum Toletanum libros duos, quorum hic eſt titulus: *Eminentiſſimo nobis, & Deo amabili Elipando, Toletanæ Sedis Archiepiſcopo* primùm, de Adoptione Chriſti Filij Dei, alterum, de Chriſto & eius corpore, quod eſt Eccleſia: & de Diabolo & eius corpore quod eſt Anti-Chriſtus. Qui à Petro Steuartio Leodio ſanct. Theologiæ Doctore, & Profeſſore Ingolſt. &c. editi anno 1616. extant tomo 4. par. 2. col. 461. Vide diuerſas de vtróque Authore & Elipando annotationes, ibid. ante duos libros.

DACRIANVS, Abbas, Ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit Spiritualis Vitæ Documenta, & Speculum Monachorum, extant tomo 5. col. 701. & 704. Hunc Authorem VIII. Sæculo, vixiſſe ſenſit Margarinus de la Bigne, de eo nihil aliud habemus quam fuiſſe ipſum Monachum ſancti Benedicti. Vide Poſſeuinum in Apparatu Sacro.

ORDO Romanus, de Diuinis Catholicæ Eccleſiæ Officiis, quem octauo Sæculo ſcriptum eſſe exiſtimant Melchior Hittorpius, Iudoc. Coccius, extat tomo 10. pag. 1. vſque ad 140. in cuius tomi initio capita eius omnia breuiter recenſentur: adiungitur Expoſitio Miſſæ tranſcripta ex venerandę vetuſtatis Codicibus. tomo eodem, col. 1169. ante quem immediatè habetur Epiſtola Melchioris Hittorpij, ſeu, Hittorpij. Item, qualiter quædam Orationes, & Cruces in *Te igitur*, agendæ ſint, tomo eodem col. 1177.

NONO SÆCVLO CONTENTA.

PAVLINVS Aquileienſis Epiſcopus, ſcripſit, ex Decreto Caroli Magni Galliarum Regis & Imperatoris, quem tertæ Dominum vocat, aduerſus Felicem Vrgelitanum, & Eliphandum Toletanum Epiſcopos, libellum, tomo 4. col. 315. & tomo 3. Concil. cum hac inſcriptione: *Incipit Libellus Sacroſyllabus, &c.* Habitus eſt Paulinus Aquileienſis Epiſcopus, doctrina & ſanctitate celebris, ipſumque, & in vita, & poſt mortem claruiſſe Miraculis produnt monumenta Aquileienſis Eccleſiæ: Moritur tempore Caroli Magni, Anno ſalutis 802. Plura, de eo in Annal. Eccleſiaſt. tomo 9. anno 802. cap. 16. & ſeqq. Eiuſdem, aduerſus eundem Felicem, libri 7 eruditi ex Mſſ. V. C. Nicolai Fabri I. C. tomo 4. par. 2. col. 5. & ſeqq.

S. NICEPHORVS, Conſtantinopolitanus Patriarcha ab aliquibus dictus; cum tamen in Conſtantinopolitana Cathedra ſediſſe vnquam dici non poteſt, cum deduxerit ſeriem Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum vſque ad Ignatium Eunuchum, qui ſextus à Nicephoro Tharaſii ſucceſſore, illius Eccleſiæ clauum tenuit, Imperatorum verò, ad Michaëlem 3. Theodoræ filium occiſum in Palatio Mamittis, & Eudoxiam coniugem Auguſtam Baſilii Macedonis, quo imperante ſcribebat, deinceps verò Nicephorum nullum Byzantii Patriarcham legimus. Mirum ſanè, cùm omnes ferè citent hanc Chronologiam ſub nomine ſancti Nicephori Conſtantinopolitani Epiſcopi, quem certum eſt ſub Leone Armeno claruiſſe. Vide Baronium Notis ad 13. Martii Romani Martyrologii: Niſi velimus quinque illos Conſtantinopolitanos Epiſcopos, qui poſt Nicephorum in Chronologia ponuntur, non ab ipſo ſancto Nicephoro, ſed vel ab Anaſtaſio Bibliothecario interprete, vel ab alio fuiſſe adiectos. Sed id in medio relinquimus, (vide tamen quæ notauimus initio Operis Nicephori, tomo 7. col. 265.)

Quidquid ſit, eà de re certum eſt eum eſſe Auth. Chronologiæ tripartitæ, olim quidem ab Anaſtaſio Sedis Apoſtolicæ Bibliothecario: Deinde, ante aliquot annos; per Ioannem Camerarium, Latinę factæ: Poſtremò autem, ad Anaſtaſii exemplaris fidem emendatæ, & Notis illuſtratę per Antonium Contium, vſque ad Hieroſolymitanorum Pont. Catalogum. quæ enim ſequuntur, adiecta ſunt per M. D. L. B. tomo eodem col. 265. & ſequentibus. Eiuſdem, Opuſcula quatuor contra Iconomachos Franciſco Turiano interprete, ex tomis antiquæ lect. Henrici Caniſii I. C. tomo 4. parte 2. col. 1119. ſcripſit, & Epiſtolam ad Leonem tertium Pontif. quæ extat apud Baron. tomo 9. Annalium, ac propterea à nobis hîc omiſſa eſt.

APONIVS quidam vir doctus, vt ait Bellarm. libro de Script. Eccleſiaſt. ſcripſit in Cantica Canticorum, Commentarium in ſex libros diſtinctum, tomo 1. col. 265 ex quo Summatiola collegit Lucas Abbas ſancti Cornelij, quæ extant tomo eodem, col. 327. & in eadem Compendioſa Scholia Vdalrici Regij, ibidem.

CLAVDIVS Altiſſiodorenſis, vel, vt alii volunt certiori inoixi coniecturâ Taurinenſis Epiſcopus, natione Scotus, ſcripſit multa in ſacram Scripturam, ſed ex iis nihil habere potuimus, præter Commentarium in Epiſtolam ad Galatas, qui extat ex editione Vidouri, tomo 1. col. 795. vide quæ prænotauimus hîc.

IONAS Aurelianenſis Epiſcopus, contra Claudii Taurinenſis Epiſcopi Iconomachi Libellum ad Theodomirum Abbatem, præcipiente & monente Ludouico Pio, Imperat. & Rege Galliarum, quoddam Opuſculum dirigere cœperat, digeſſeratque magna ex parte, cùm interiit Claudius: Sed quia in eius Diſcipulorum mentibus, non illa modò, ſed Ariana etiam Hæreſis pullularet, hortatu Catholicorum, Opus quod prætermiſerat, enucleatim diſcutiendum repetiuit, cumque imperanti patri reddere nequiuiſſet, Carolo Caluo Galliarum Regi, meritò offerendum iudicauit, & proinde ſcripſit libros 3. de Cultu Imaginum contra eundem Claudium, ſeu, Claudianum Taurinenſem, qui extant tomo 4. col. 533. vide quæ ibidem de illo Annotauimus. Ionæ cuiuſdam alterius, qui ſancti Columbani vitam eiuſque Diſcipulorum Attilæ & Euſtachii deſcripſit, meminit Sigebertus, libro vltimo de Viris Illuſtribus, capite 61.

S. THEODORVS Studites, Abbas, Confeſſor, & Martyr ſub Michaële Balbo, Anno Domini 826. Aliqui tamen volunt eum tantum obiiſſe Anno 829. (quo Anno mortuus eſt Michaël) ſub filio eiuſdem Michaëlis, Theophilo ſcilicet, Iconumacho imperante. De quo multa Baronius tomo 9. Annalium, ad Annum Chriſti 798. eiuſque teſtimonium habetur tomo 2. col. 743. Scripſit plurima, ex quibus extant Sermones Catechetici 134. interprete Ioanne Læuineio Belga Canonico Antuerp. tomo 2. col. 603. Sermo in Dominica quarta ieiunii; tomo eodem, col. 735. Teſtamentum ipſius; col. 736. Fragmentum ex Epiſtol. ad Naucratium filium: col. 739. Idem Frag-

mentum verbis eiſdem habetur, tomo 3. col. 162. Fragmentum ex Epiſtola ad Gelaſium: ex Monaſterio profugum, &c. tomo eodem a. col. 741. Canon in erectione ſanctarum Imaginum: ibidem col. 746. Item eiuſdem Authoris Notę & Obſeruationes in eaſdem Catecheſes habentur, columna 750. de Honore & Adoratione ſanctis Imaginibus exhibenda, tomo 3. col. 163.

HALIGÆRIVS, ſiue Halitgarius Epiſcopus Cameracenſis, vixit tempore Ludouici Pij Imperat. ſcripſit Libros 5. de Virtutibus & Vitiis, & ordine Pœnitentium ex Manuſcr. Monaſterii ſancti Galli & tomis antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, extant tomo 5. col. 952. Eiuſdem Pœnitentiale, ſiue alterius incerti Authoris, cum Epiſtola Hormiſdæ Papæ, tomo eodem col. 990.

AMALARIVS Fortunatus Germanus, Lexouienſis Monachus, & S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Treuirenſis. Alcuini Diſcipulus, legatus à Carolo Magno Conſtantinopolim miſſus, floruit & temporibus Gregorii IV. Pontif. & Ludouici Pii Imperatoris, ſcripſit de Eccleſiaſticis Officiis Libros 4. Officiales dictos ad eundem Ludouicum Auguſt. tomo 10. col. 305. Eiuſdem, de Ordine Antiphonarii liber extat tomo eodem. col. 503.

FRECVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus, floruit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit Hiſtoriarum Chronologicarum, tomos duos: Primum ad Eliſacharum præceptorem ſuum, dicatum & diſtributum in libr. 7. cuius meminit Trithemius, qui continet res geſtas ab orbe condito, vſque ad Octauiani Cæſaris tempora & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Natiuitatem. Habetur tomo decimoſexto, pag. 122. Alterum ad Iudith Auguſtam ſcriptum, itemque diſtributum in libros 5. qui continent res geſtas à Natiuitate Chriſti, vſque ad Regna Francorum & Longobardorum, extatque tomo eodem, pag. 203.

AGOBARDVS Epiſcopus Lugdunenſis, vixit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ extant tomo 9. col. 1161. & ſeqq. ex edit. Papirii Maſſonii Lutetiæ, Anni 1605. primum in lucem data, quam tamen iuxta expurg. Indicem Hiſpanic. nouiſſimum recognouimus. Scripſit præter illa quoque de Tranſlatione Reliquiarum ſancti Cypriani Carmen, quod quia cum operibus ſancti Cypriani impreſſum eſt, hic omiſimus.

LEIDRADVS, ſeu Ledradus Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit Epiſtolas duas, primam quidem ad Carolum Imperatorem, ſecundam verò ad chariſſimam ſanctam ſororem, quæ extant per eundem Papirium Maſſonium editæ, poſt Opera Agobardi. Nos verò eas ſejunximus & poſuimus, tomo 16. pag. 809.

S. METHODIVS, Confeſſor, Patriarcha Conſtantinopolitanus, multa ſcripſit ex quibus extat Fragmentum de iis qui abnegarunt fidem per diuerſos modos & ætates, ex Bibliotheca D. Ioannis Tilii, Briocenſis Epiſcopi, Gentiano Herueto Aurelio interprete, to. 6. col. 407. Niceph. in Chronologia eum numerat LXXXII. Epiſcopum Byzantinum, qui migrauit ex hac vita, Anno Dom. 847. Eiuſdem, ſancti Methodii putatur eſſe Fragmentum Domino Pol. ex Segregationibus ςουδιτῶν Μοναχῶν, id eſt, Studienſium Monachorum, tomo 5. 822. Sed videtur eſſe antiquioris cuiuſdam, eiuſdem tamen nominis. Nec-non & reſcriptum aliquod ad eos qui dicunt quid profuit nobis Filius Dei, Homo factus & crucifixus in terra? & quare Crucis figuram pati ſuſtinuit, & non aliquod aliud ſupplicium? & quare vtilitas Crucis, tomo 15. pag. 825. ex editione Iacobi Gretſeri Societ. IESV. Item ad eos quos pudet Crucis Chriſti, tomo eodem, pag. 826.

Aliqui hæc duo poſteriora Opera tribuunt cuidam Methodio Tyri Epiſcopo, qui vixit Sæculo tertio.

THEOPHANES Cerameus Tauromeniæ in Sicilia Epiſcopus, ſcripſit Annales à Diocletiani temporibus vſque ad Michaëlem Imperat. qui needum ſunt editi, diuerſus fuit ab Authore Hiſtoriæ Miſcellæ Pauli Diaconi, de qua plura habentur ab Henrico Caniſio Annotata antè prædictam Hiſtoriam, ſcripſit prætereà Homilias in Euangelia Dominicalia, & aliquot Feſta totius anni, quæ ſeruantur Manuſcr. Venetiis, & alia needum edita. Extant ex ipſius ſcriptis ſaltem, quæ habere potuimus, tomo 16. pag. 811. & 812. Oratio in Dominicam ante Exaltationem pretioſæ & viuificæ ſanctæ Crucis, & altera in Exaltationem S. Crucis à Iacobo Gretſero Soc. IESV editæ. Item Hymnus in Annunciationem Dei-paræ, quem huic Theophani attribuit Iudoc. Coccius, cum tamen Poſſeuinus attribuat Theophilo Nicæno, quem poſuimus, tomo 8. col. 726.

THEODVLPHVS ex Abbate Floriacenſi Epiſcopus Aurelianenſis, vixit tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit multa Carmine & Proſa, ex quibus extant, tomo 16. pag. 263. ex Cardin. Baron. tomo 9. Annal. Epiſtola ad Presbyteros Aurelianenſes primùm euulgata, quæ optimis ſaluberrimiſque vitæ Chriſtianæ documentis referta eſt, ex Manuſcr. Bibliothecæ Vaticanæ codice excerpta. Item Carmina quædam, & alia ab Henrico Caniſio edita, tomo eodem, pag. 268. quorum aliquot etiam habentur tomo 8. col. 848. & ſeqq. quem vide tomo 16. pag. 270. a a. circa ea quæ de eodem Theodulpho ſcribit ad Lectorem. Poteris etiam legere Elogia Doctorum virorum in eundem Theodulphum initio Operum eius, pag. 263. cit.

S. EVLOGIVS Cordubenſis, Doctor & Electus Archiepiſcopus Toletanus, & Martyr, vixit tempore perſecutionis Sarracenorum, quæ incidit in Annum Domini 850. ſcripſit Memoria-

le Sanctorum, tomo 9. col. 203. Apologeticum pro Martyribus, tomo eodem, pag. 293. Exhortationem ad Martyrium, ſiue Documentum quod in carcere poſitus, Virginibus Chriſti, Floræ Mariæque, ergaſtulo mancipatis dicauit, tomo eodem, col. 309. Epiſtolam ad Willeſindum Pampelonenſis Sedis Epiſcopum, col. 330. & Epiſtolas aliquot ad Aluarum & alios, nec-non Aluari Epiſtolæ ad eundem tomo eodem, col. 332. Reperta omnia ſtudio Reuerendiſſimi D. Petri Pontii Leonis à Corduba Epiſcopi Placentini: & per Dom. Ambroſium Moralem Commentariis illuſtrata.

LVPVS Abbas Ferrarienſis apud Senones, vixit tempore Caroli Calui Imperatoris, ſcripſit Epiſtolas ad diuerſos, quæ ex recognitione Papirii Maſſoni, extant tomo 3. col. 612.

CHRISTIANVS Druthmarus dictus Grammaticus Monachus Corbeïenſis, ſcripſit Commentaria, ſeu expoſitionem in Matthæum, item, Epitomen in Lucam & Ioannem, extant ex libro Ioannis Trittenhemii Abbatis Spanhemenſis de Scriptoribus Eccleſiaſt, tomo decimoſexto, pag. 277.

VVALAFRIDVS Strabo Abbas Augiæ, Germanus natione, claruit tempore Ludouici Pii Imperat. Scripſit de Rerum Eccleſiaſticarum exordiis & incrementis Librum, tomo decimo, pagina 661. moritur Ann. Chriſti 849.

HIPPOLYTVS Thebanus, vixit tempore Metaphraſtis, ſcripſit Chronicon, cuius fragmentum, primùm ex codice Manuſcr. Bibliothecæ Sereniſſimi Maximiliani Principis Bauariæ, &c. per Henricum Caniſium, SS. Canonum Profeſſorem Ingolſtaldii, editum, extat tomo 16. pagina 806. ad illud Noiæ, tomo eodem, pag. 808.

LVGDVNENSIS Eccleſiæ nomine extat, tomo 4. parte 2. col. 263 & ſequ. circa Annum Chriſti 850. ſcriptus liber aduerſus opinionem Ioannis Erigenæ cognomento Scoti: de Prædeſtinatione & Præſcientia Diuina, & de vera humani Arbitrii Libertate, ex Manuſcript. codicibus V.C. Nicolai Fabri I.C. Iudicium de tribus quibuſdam Epiſtolis libro vnico comprehenſum, to. 4. parte ead. col. 349. Abſolutio cuiuſdam quæſtionis de generali per Adamum damnatione omnium, & ſpirituali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum: col. 401. Liber de tenenda immobiliter Scripturæ ſanctæ veritate, & Sanctorum orthodox. Patrum Auctoritate col. 413. Notæ Andreæ Duuallii Doct. Sorbon. Pariſ. in eoſdem Libros Eccleſiæ Lugdunenſis, librum, ſcilicet, aduerſus Ioann. Scotum, & librum de tribus Epiſtolis quæ extant in fine Operum eiuſdem Eccleſiæ, col. 449.

ANASTASIVS Bibliothecarius, & Abbas Romanus, vir Doctus Græcè & Latinè, floruit Sæculo IX, circa Annum Dom. 858. vt ſcribit, inter cæteros, Bellarm. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Multa ſcripſit, extat hic ex eius Eccleſiaſtica Hiſtoria Excerptum, tomo 12. pag. 533. quod inſcribitur: *Anaſtaſ. Bibliothec. Sarac. Euth. Mahometica.*

THEODORVS cognomento Abucaræ Epiſcopus Cariæ, ſeu quod idem eſt Carûm imò & Charran, vixit tempore Baſilii Macedonis & octauæ Synodi, ſcripſit diuerſa Opuſcula contra Hæreticos, Iudæos, & Saracenos. Anno Domini 1606. primùm Ingolſtadii, Græce & Latinè, ex Sereniſſ. vtriuſque Bauariæ Ducis Maximiliani Bibliotheca in lucem prolata, & ex editione Iacobi Greiſeri Societ. IESV, extant tomo 11. pag. 367. & ſeqq. Diſputationis 4. contra Monophyſitas, cap. 4. & 5. Mahumetem, cum Dæmone, Adamum ad Peccatum illiciente, comparat. Diſputatione autem 6. contra Saracenos Theopaſchytas, meminit Maxenſis & Magadenſis (meliùs forè, *Bagadenſis*) Meſquitæ.

PETRVS Siculus floruit circa Annum Domini 870. ſcripſit Librum, ſiue Hiſtoriam de varia & ſtolida Manichæorum hæreſi, Archiepiſcopo Bulgarorum nuncupata, extat per Matthæum Raderum Societ. IESV edita, tomo 16. pag 814. & ſeqq.

HINCMARVS Rhemenſis Archiepiſcopus, de quo multa Baron. tomo 10. Annal. vixit tempore Nicolai I. Pontif. Ante annos L. ſuprà DCC. in Galliis celeberrimi Epiſcopi, cuius extant Epiſtolæ ad Hincmarum, & Hincmari ad ipſum. Scripſit Epiſtolas ad diuerſos, quæ ex Manuſcrip. membranaceo codice Bibliothecæ nobil. & Cathedralis Eccleſiæ Spirenſis deſcriptæ ſunt, ex recognitione Ioann. Buſæi Societ. IESV, extant tomo 16. pag. 380. & ſeqq. Item, ex emendatione Ioan. Cordeſii Eccleſiæ Lemouicenſis Canonici, extant pag. 438. & ſeqq. eiuſdem Hincmari Opuſcula LV. capitum & alia, nec-non & ipſius Epiſtolæ, & aliorum ad ipſum. Item, eiuſdem de Diuortio Hlotarii & Thetbergæ, pag. 521. Item, eiuſdem aliæ Epiſtolæ, pag. 581. & ſeqq.

S. ADONIS Viennenſis Archiepiſcopi, qui floruit Anno Chriſti 879. Chronicorum Breuiarium, de ſex ætatibus mundi vſque ad Annum Domini 879. ſiue, vſque ad natum, ex Carolo Simplice, & Eagina filia Regis Anglorum, Ludouicum Francorum Regem XXVIII. extat tomo ſeptimo, col. 297.

FLORVS Magiſter, qui claruit tempore Caroli Calui, ſcripſit exegeſin, ſiue expoſitionem Miſſæ, quæ extat tomo 6. col. 163. Hunc fuiſſe Monachum Ordinis ſancti Benedicti, in Monaſterio ſancti Trudonis Diœceſis Leodienſis, ſcribit Trithemius de Viris Illuſtribus Ord. S. Benedicti, cap. 44.

cap.44. Sigebertus verò, ex integro, expoſuiſſe Pauli Epiſtolas expoſitione collecta ex ſancto Auguſtino, ita vt nouo & admirabili ſtudio magnum ſui Operis, de alieno labore, volumen ediderit, libro de Viris Illuſtribus, cap. 93. Legi in Manuſcr. Codice perantiquo, illum adfuiſſe Concilio Cariſiacenſi, temporibus eiuſdem Caroli Calui, & ſcripſiſſe contra Amalarium Lugdunenſem, proinde is eſſe non poteſt qui Vſuardo antiquior fuit.

REMIGIVS Antiſſiodor. Epiſcopus, videtur floruiſſe iuxta Bellar. in libro de Scripi. Eccleſiaſt. circa An. Chriſti 890. Carolo Caluo, aut Arnulpho Imperat. Scripſit expoſitionem Miſſæ, Sanctorum Patrum Sententiis & Authoritatibus confirmatam, tomo 6. col. 441. hunc, Antiſſiodorenſem Monachum, Sigebertus dicit: dumque Miſſæ Canonem expoſuit, demonſtraſſe, qui & a quibus in ea ſit poſitum vel additum, libro de Viris Illuſtribus, cap. 123. Eiuſdem Enarratio in vndecim Prophetas minores luculentiſſima vnà cum magnâ perſpicuitate miram breuitatem complectens, tomo primo, col. 621.

SALOMONIS Epiſcopi Conſtantienſis, qui claruit Anno 995. Scripſit Carmina ad Diadonem, alii, Dadonem Epiſcopum, & alios, quæ ex editione Henrici Canilii extant, tomo 16. pag. 825.

DVNGALI, Liber Reſponſionum aduerſus Claudii Taurinenſis Epiſcopi Sententias, ad HLodouicum Imperat. & filium eius Lotharium Auguſtum, ex editione Pariſienſi, apud Petrum Metaierium, collata cum Manuſcr. V.C. Pauli Petauii Senatoris Pariſienſis, extat tomo 4. par. 2. col. 145 vide quæ ibi Papirius Maſſonius annotauit.

HRABANVS, ſeu Rabanus Maurus, natione Germanus, ex ciuitate Fuldenſi in Buchonia: dignitate Archiepiſcopus Moguntinus, cùm antea eſſet Abbas Fuldenſis Monaſterii, Ord. ſancti Benedicti, Albini, ſeu Alcuini Angli quondam auditor. Scripſit de Inſtitutione Clericorum ad Heiſtulphum Archiepiſcopum, libros tres. Extant tomo 10. col. 559. Item Eiuſdem Epicedion in ſuam vitam, col. 561. & Epigramma ad Fratres Fuldenſes, col. 562. Vitam eius habes ex Trithemio quam poſuimus initio tomi 10 cit. Dicitur obiiſſe ad Ann. Dom. 855. Ludouico & Lothario Principibus, ann. 9. Epiſcopatus ſui.

GVIBERTVS Abbas Gemblenſis, non ille Rauennæ Epiſcopus, qui ab Henrico Antipapa conſtitutus eſt, Anno 1084. ſcripſit Apologiam de ſancto Sulpitio Bituricenſi Archiepiſcopo, quæ (manu exarata) Louanii, in Valle Martiniana adſeruatur: Cuius extat Fragmentum tom. 7. columna 165. Teſtatur ipſemet Sigebertus, ſe, vitam illius, Abbatis ſcripſiſſe, & plures, diuini eius Officij partes ordinaſſe & Arte Muſicâ mellificaſſe. Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis capite 172.

DECIMO SÆCVLO CONTENTA.

IDIOTÆ ſub nomine vir quidam pius proprio nomine ſuppreſſo, ſcripſit Contemplationum, ſeu Orationum libros v. qui extant tomo 5. col. 419. Regulas vitam Chriſtianam complectentes, tomo eodem, col. 471. Annotationes in Pſalm. 15 ibidem, col. 473. Contemplationem de B. Maria, ibidem, columna 477. Floruit hic Author, ex ſententia Cardinalis Belarmini, Anno 902.

D. FVLCO, cognomento Bonus, Comes Andegauenſis, ſcripſit Epiſtolam ad Venerabilem & SS. Patrem Odonem, Dei gratia, Cluniacenſem Abbatem, tomo 7. columna 635.

S. ODO, aliàs Ada (I. vel ſaltem II. vt habetur tomo ſeptimo, culum. 643.) Abbas Cluniacenſis, Auditor Remigii Antiſſiodorenſis, claruit Anno 920. & obiit anno Chriſti 937. teſte Sigeberto, ſcripſit multa: hîc extat ad dictum Fulconem, cognomento, bonum, Andegau. Comitem Epiſtola, tomo 7. cit. col. 636. De Tranſlatione corporis ſancti Martini, (ſiue vt ipſe dicit) reuerſionis eius de Burgundia, Tractatum, ibid. col. 637. Nec non alium tractatum inſcriptum: *Quod Beatiſſ. Martinus compar Apoſtolis dicitur*, ibidem, col. 643. vbi vide præfixam Admonitionem in qua refertur Baronium de eo multa dixiſſe, &c. Prætereà ſcripſit libro 4. de Vita ſancti Geraldi, qui extant inter Vitas Sanctorum.

GALTERVS primus Archiepiſcopus Senonenſis, LIII. compoſuit quaſdam Conſtitutiones in Concilio à ſe habito, quæ extant, tomo 6. col. 420. Eudonem Roberti Comitis Andegauenſis filium Galliæ Regem conſecrauit. Obiit Anno Chriſti 923.

S. VDALRICVS Auguſtanus & Regius Præſul Epiſcopatum iniit anno Do. 924. eóq; 50. functus eſt annos, Hermano teſte, vt refert Petauius Ration. temporum, libro 8. cap. 14 Obiit verò Anno 973. Extat eius Cenſura locorum quorundam ex libro ſexto Commentariorum Aponii Millenario & Centenario numeris, in vetuſto Codice miſerrimè deprauatorum, tomo 1. column 326. Item, eiuſdem Scholia in aliquot D. Lucæ Abbatis locos, ex eius Summatiolis in Cantica, ibidem, col. 348.

S. STEPHANVS primus Eduenſis Epiſcopus, viuebat anno Domini 950. ſcripſit Tractatum de Sacramento Altaris, extat tomo 6. col 377.

S. PELEGRINVS, vel vt alii legunt, Peregrinus, Archiepiſcopus Laurenſis, ſeu, Laureacenſis, ſcripſit Symbolum Fidei. quod extat tomo 4. col 857. vixit Authore Coccio, ann. 970. Hunc, Pelegrinum dicit, Pictauienſis Eccleſiæ Antiſtitem & Archiepiſcopum Laureacenſem tricesimum primum, vltimum tamen Adalberto ſucceſiſſe, Anno Domini 971. Patauiæ verò ſediſſe annis viginti ſub tribus Othonibus Imperator. & obiiſſe anno Domini 999. Gaſpar Bruchius, libro de Laureaco veteri.

MOSES Barcepha Syrus Epiſcopus, in Beth-raman & Beth-ceno, ac curator rerum Sacrarum, in Mozal (hoc eſt Selencia Parthorum) dicitur Sęculo X. floruiſſe, quamqoam hoc ſit controuerſum: alii in XV. Sæculum eum reiiciunt: alii etiam in XVI. vt videre eſt in tabulâ Chronologicâ Biblioth. Pariſienſ. edita, anno 1624. ſcripſit Commentarium de Paradiſo, (antè annos 700. vt volunt) ad Ignatium fratrem: interprete Andrea Maſio, extat tomo 1. col. 21. ſcripſit prætereà Commentarium in Matthæum, Librum de multitudine & differentia ſectarum, Librum de ſex primis diebus conditi mundi, quæ necdum ſunt edita.

Hunc tamen eſſe opinor Moſem illum Syrum, quem Andræas Fabricius Leodius, in Epiſtola ſua ad Othonem Cardinalem Epiſcopum Prænestinum & Auguſtanum, Quæſtionum ſuarum in Tridentinum Cathechiſmum, nuncupatoria: Romam miſſum Legatum, a t; Pontificibus Paulo tertio, & Iulio tertio, ab Ignatio Syro, Patriarcha Antiocheno, cum litteris quibus petebat quid S. R. E teneret in quibuſdam Fidei Chriſtianæ capitibus: ac prætereà, vt recognoſceret ſummam vtriuſque P. M in totum, orbem Chriſtianum, poteſtatem: Anno paulò plus minùs 1550 Vereor ne Margarinus fallatur, cum Maſius qui primus eum Commentarium nactus eſt, & interpretatus, ante annos ſeptingentos compoſitum dicat. Vide quoque Apparatum ſacrum Poſſeuini.

THEODORVS, vel vt alii melius legunt, Flodoardus Presbyter & Canonicus Eccleſiæ Rhemenſis, poſteà Monachus & abbas ſancti Remigii, vixit tempore Lotharii Imperatoris, ſcripſit hiſtoriam Rhemenſis Eccleſiæ, libris IV. diſtinctam, quam ex recognitione D. Georgii Colueneríi Doctor. ſanct. Theolog. & Regii atque Ordinarii Profeſſoris Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Petri Præpoſiti, & Academiæ Duacenſis Cancellarii excuſam reperies, tomo 16 pag. 627. quibus addita eſt appendix, & Catalogus omnium Archiepiſcoporum Rhemenſis Eccleſiæ.

Conſule eadem pagina & ſequentibus, tùm Præfationem ad Lectorem, tùm pagina 628. authoris eiuſdem vitam, ex his libris conſcriptam per eundem Dom. Georgium Coluenerium, nec non pagina 630. aliorum Authorum de noſtro Flodoardo teſtimonia & elogia. Quæ omnia miram tibi de ipſo notitiam conciliabunt.

Habes etiam ad maiorem totius Hiſtoriæ dilucidationem eiuſdem Coluenerii Notas, quibus obſcura illuſtrantur, dubia & inuoluta explicantur, mutila & deprauata ſupplentur & emendantur tomo eodem, pag. 749. Appendix vero ad Flodoardum, & Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhemenſis, per Dom. Sonnacium, extat pag. 779.

GERBERTVS primùm Remorum, dein Rauennatum Archiepiſcopus, poſteà Romanus Pontifex Syluester Secundus dictus, vixit Sæculo X. & XI. de quo multa Baron. in Annal. & Seuer. Binius in Conciliis, ſcripſit ante Pontificatum Epiſtolas breuiores plures, quas ex Bibliotheca Papyrij Maſſoni habes tomo 3. col 687.

VNDECIMO SÆCVLO COMPREHENSA.

DOMINVS GALO S.R.E. Cardinalis, Pariſienſis Epiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus dedit quaſdam Conſtitutiones quæ habentur tomo ſexto, col.418. de eo ſcripſit Yuo Carnotenſis Epiſtol. CXXII. ad Paſchalem Pont. Max. cuius verba poſuimus in fronte Conſtitutionum, columna 417. Item, ad eundem Galonem, vt Apoſtol. Sedis Legatum & Epiſcopum Engoliſmenſem, ſcripſit Hildebertus Cœnomanenſis, Epiſtolâ XXXVIII.

YVONIS, Sancti Quintini Beluacenſis Eccleſiæ Prioris, Demum Carnotenſis Epiſcopi LX. ad Haimericum Abbatem Aquitinenſem, de Corpore Domini, vtrum in Cœna datum ſit Diſcipulis paſſibile, cùm nos illud ſumamus impaſſibile, Epiſtola, tomo 3. columna 166. De Eccleſiaſticis Sacramentis, ac Officiis, & præcipuis per annum Feſtis Sermones XXI. tomo decimo, columna 767. Vitam eiuſdem leuiter adumbratam habes initio tomi eiuſdem. De Hiſtoria Ceſſionis illius, qua abdicauit ſe Iuo Carnotenſis Prælatione, quam in Eccleſia Sancti Quintini habuerat: multa habes in illius Epiſtolis: Epiſtola 17. 22. 107. ad Fulconem Beluacenſium, 176. & 208. ad Gaufridum Beluacenſem, & 259. ad Philippum, Trecenſium Epiſcopum.

FVLBERTVS Carnotenſis Epiſcopus, floruit Anno Domini 1010. ſcripſit Epiſtolas multas, Sermones etiam ad populum, & Hymnos aliquot, extant hæc omnia ex Manuſcrip. Codice Biblioth. Regii Colleg. Nauarræ, Petri Petauii, & Nicolai Fabri, ſtudio Caroli de Villiers Doct. Theolog. Pariſienſis edita, anno 1608. & Notis illuſtrata, tomo 3. col. 430. & to. 8. col. 847. eiuſdem Poema in die Paſchatis. Habes tomo 3. citato, col. 431. Teſtimonia ex probatiſſimis Authoribus excerpta, quibus probatur quis fuerit Fulbertus Epiſcopus.

BERNO Abbas Augienſis floruit anno 1014. ſcripſit librum de quibuſdam rebus ad Miſſæ Officium ſpectantibus, extat tomo 10. col. 697.

PETRVS Abbas Cluniacenſis, Ordinis ſancti Benedicti, ad vtilitatem legentium quædam deuota compoſuit Opuſcula, de quibus iſta feruntur. Reuelationes multorum lib. 1. de Conuerſatione Eremitica, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, liber 1. Alia quoque nonnulla edidit quæ ad notitiam meam nondum venerunt. Hic habemus tantum Opuſculum ipſius quod inſcribitur Nucleus, de Sacrificio Miſſæ, tomo 10. col. 1091. quod quidem genuinum eſſe ac germanum illius fœtum recentiores conſtantiſſimè tuentur. Claruit circa annum Domini M. C.

HVMBERTVS Epiſcopus Syluæ Candidæ S.R.E. Cardinalis, vir Doctiſſimus, & Leonis IX. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Legatus, ſcripſit aduerſus Calumnias Michaelis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Archiepiſcopi Achridani in Bulgaria, librum vnum, extat tomo 4. parte 2. col. 201. aduerſus Nicetam Pectoratum Presbyterum & Monachum Monaſterii Studiani Conſtantinopolit. cuius librum contra Latinos editum refutat, Librum vnum, ibid. col. 239. Commemorationem eorum, quæ contra Michaëlem Patriarcham geſſerunt Apoſtolicæ Sedis Apochryſarii, & qualiter anathematizatus eſt Michaël cum ſequacibus ſuis, to. eod. columna 250. Item, eiuſdem, & Petri Amalfitanorum Archiepiſcopi, & Friderici Diaconi & Cancellarii, Epiſtola ad omnes Catholicæ Eccleſiæ filios, tomo eod, col. 251. Omnia ex recognitione Henrici Caniſii, ex Sereniſſ. Maximil. Bauariæ Ducis Bibliotheca. Vide teſtimonia Scriptorum Eccleſiaſt. initio eius Operum.

LANFRANCVS, primò Cadomenſis in Normania Abbas, deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis: de Euchariſtiæ Sacramento, ſcripſit aduerſus Berengarium librum, à multis mendis vindicatum, vetuſtorum Exemplarium ſubſidio auctum, per Dom. Ioannem Vlimerium, Prioreni, Canonicorum Regularium ſancti Martini apud Louanienſes: tomo 6. col. 189.

Lanfrancus Dialecticus, Cantuarienſis Archiepiſcopus: Paulum Apoſtolum expoſuit, &c. laudes, triumphos, & res geſtas Guilhelmi Normanorum Comitis, ſcripſit & inuectiuas Epiſtolas contra Berengarium, qui à Nicolao PP. Romæ in Concilio XCIII. Epiſcoporum ita eſt conuictus vt ipſe ſuis manibus ignem accenderit, & combuſſerit ſcripta ſua, iurans, ſe non amplius talia dicturum, non docturum, non ſcripturum, &c. Sic Sigebertus libro de Viris Illuſtrib cap. 154. Vide etiam wilhelmum Malmesburienſem in Hiſtoria Anglicana. Eiuſdem vitam habes ex Trithemii Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, præfixam ipſius Operibus tomo eodem, col. eadem.

ADELMVS, ſiue Adelmannus ex Scholaſtico Leodienſi, Epiſcopus Brixienſis, Diſcipulus

ſancti Fulberti, ſcripſit de Veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia Epiſtolam ad Berengarium, quem dilectum ſuum & conſcholaſticum appellat. Extat tomo tertio, col. 167. Porrò Sigebertus eum appellat Adelmannum Grammaticum, ex Clero Leodienſi, Epiſcopum Brixienſem: ſcripſiſſe verò, ait, ſuper eadem re (ſcilicet, de Hæreſi Berengarij) ad Paulum Primicerium Metenſem, libri de Viris Illuſtribus, cap. 154.

D. GVITMVNDVS ex Monacho Monaſterii Crucis Hectonis, ſiue ſancti Leufredi, Ordinis ſancti Benedicti apud Ebroicenſes Normanos, S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcop. Auerſanus: de Corporis & Sanguinis Chriſti veritate in Euchariſtia, ſcripſit libros tres: interlocutoribus ipſo Guitmundo & Rogerio Benedictini Inſtituti Confratribus, tomo 6. col. 215. Eiuſdem de ſancta Trinitate, Chriſti humanitate, corporiſque ac ſanguinis Domini noſtri veritate, Confeſſio: tomo eodem, col. 265. omnia per Ioannem Vlimetium, Louanienſem, à mendis repurgata, &c. Eiuſdem ad Guillielmum, I. Regem Anglorum, cum Epiſcopatum recuſaret, Oratio, col. 395. Vita eius extat ex Ioanne Trithemio, tomo cit. col. 215. Item, plura de eo diſcere poteris in Apparatu ſacro Poſſeuini, & in Orderico Eccleſiaſt. Hiſtoriæ, lib. 5 cap. 17.

MICROLOGVS, de Eccleſiaſticis Obſeruationibus, (Operâ Iacobi Pamelii Brugenſis ſacræ Theologiæ Licentiati in lucem primum editus & iàm ſecundo ad Manuſcrip. exemplaria ab eodem recognitus. Conſule ipſius Epiſtolam initio huius Operis) ſcriptus videtur hoc ſæculo, vixit enim Author ille temporibus Gregor. VII. Papæ, vt patet ex cap. 14. & 17. ſui libri, ſub Annum Chriſti 1080. & fuit Anſelmi Lucenſis familiaris, qui in ſuo libro de Diuinis Officiis, quem ſcripſit perquàm diligenter, Ordinis Romani, cap. 9. 10. 11. 17. & aliis quoque in locis meminit, extat tomo 10. col. 729.

OLYMPIODORVS, ex Philoſopho Peripatetico, Monachus Græcus, quem Cardinal. Bellarm. ſecuti libro de Scriptor. Eccleſiaſt. poſuimus hoc ſæculo, quamuis vt ipſe ait, incertum ſit quo tempore vixerit, ſcripſit Commentarium in Eccleſiaſten Salomonis, Zenobio Acciaiolo Florentino interprete. Græcus textus primùm prodiit Anno 1624. ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi Ludouici XIII. Auguſtiſſimæ memoriæ. Græcè & Latinè, habetur tomo 13. pag. 602. & ſeq. Plura, de ipſo reperies, tùm in Sixti Senenſis Biblioth. S. libro IV. tùm in ſacro Apparatu Poſſeuini.

RABBI SAMVEL Marrochianus, vixit anno Chriſti 1070. non 1339. (vt falsò autumant nonnulli) Verùm ille eius liber, qui ſub nomine Epiſtolæ miſſus eſt ad R. I S. ſub Anno Dom. 1000. tranſlatus eſt de Arabico in Latinum per F. Alphonſum Bonihominis, ordinis Prædicatorum, ſub anno Domini 1339. Vnde occaſionem erroris ſumpſerunt qui eum Sæculo XIV. floruiſſe volunt, Traductionem libri pro primigenia compoſitione inducentes. Ille igitur Rabbi Samuel ex Iudæo fuit factus Chriſtianus, ſcripſit de aduentu Meſſiæ, quem Iudæi temerè expectant, librum vnum, in 27. cap. diſtributum, extat tomo 4. col. 145.

DVRANDVS Leodicenſis Epiſcopus, vixit iuxta Coccium Sæculo XI. ſcripſit de corpore & ſanguine Domini, valdè elegantem Epiſtolam ad Henricum I. Galliarum Regem Chriſtianiſſimum, contra Brunonem Andegauenſem Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem. Extat tomo tertio, col. 319

RADVLPHVS de Riuo, Decanus Eccleſiæ B. Virginis Tungrenſis, quem Coccius Sæculo XI. vixiſſe dicit, quamquam multi eum in Sæculum XIV. reiiciant & quidem in eius finem. Id tibi liberum relinquimus. Quidquid ſit: ſcripſit librum de Canonum obſeruantia, diſtributum in XXIII Propoſitiones, extat tom. 10. col. 1103.

GREGORIVS Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, Impius & Schiſmaticus, Romanæ Eccleſiæ perduellis, de quo vide quæ tomo 9. colum. 679. prænotata ſunt à Mag. ſacri Palatii, vixit Sæculo XI. ſcripſit Animæ contra Corpus in Iudicio contendentis libr. inſcriptum Proſopopœiam, id eſt, ex habitis per fictionem perſonarum orationibus, ſtylo mixto, Dialogico, & maximè judiciali, qui extat tomo eodem, col. 679. cit. & ſeqq. ſed deleantur in ſuperſcriptionibus pagin. & in Indice partis II. tomi cit. literæ (S.P.N.) quæ per errorem relictæ fuerunt.

IOANNES Calecas Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui videtur vixiſſe XI. Sæculo, ſcripſit Sermonem antè Dominicam ante Exaltationem ſanctæ Crucis, qui ex Iac. Gretſero Soc. Iesv, habetur tomo 15. pag. 780.

IOANNES Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, putatur hoc eodem XI. Sæculo vixiſſe, ſcripſit in tertiam Ieiuniorum hebdomadem, vel in Crucis adorationem Sermonem, & Orationem quæ ex R.P. Iacobo Gretſero, extat tomo 15. pag. 782.

B. SAMONA Archiepiſcopos ciuitatis Gazæ, qui vt vult Coccius, vixit IX. Sæculo, ſcripſit diſceptationem cum Achmed Saraceno, ſuper veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia: Perſpicuè docens panem & vinum (per Sacerdotem conſecrata) verum eſſe & integrum corpus ac ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Græcè & Latinè, cum Notis Gerardi Voſſij, extat to. 12. pag. 521. Ioannes Garetius Centenario II. ait opinari quoſdam Samonam vixiſſe circa Annum

Domini 1072 & in Indice, libri de Sacrificio Miſſæ: ait hunc vixiſſe anno 1050.

ODO Pariſienſis Epiſcopus vixit ad annum Domini 1175. ſcripſitque Synodicas Conſtitutiones. extant tomo 6. col. 409 Vide quæ ad eius Opuſculorum initium annotauimus ex Petri Bleſenſis Epiſtola CXXVII. & CXXVIII.

PETRVS Damiani, ex Monacho D. P. Benedicti, Epiſcopus Oſtienſis, & S. R. E. Cardinalis, floruit Sæculo XI. circa annum Domini M·L. Scripſit multa Opuſcula ex quibus hic habetur liber quidam ad Leonem Eremitam, *Vtrum ſolitarius orans Horas Canonicas, debeat etiam dicere,* Dominus vobiſcum, *quando nemo ſit qui reſpondeat*, qui ideò inſcribitur *Dominus vobiſcum*, tomo 10. columna 715. de eodem Petro Damiani, nonnulla habentur initio tomi citati in titulo *Petrus Damiani.*

NARBODÆVS, ſiue Narbodus Epiſcopus Rhedonenſis, ſcripſit, ad R. Andegauorum Pontif. Epiſtol. to. 3. col. & Melanium & Moderanrium, anteceſſores ſuos dicit: Editio Appendicis, huius Biblioth. habebat: *Morbodes*, hunc autem eſſe exiſtimo quem nonnulli Marbadum; Sigeb. verò, libri de Viris Illuſtr. cap. 159. Marbodum Rhedonenſem appellat, & nonnulla, quæ enumerat, ſcripſiſſe ait. Lege Raymonem, Rochardum, vel Ramardum: hi enim ad huius Narbodi Morbodæi Rhedonenſis epiſcopi tempora, in Andegauenſi Cathedra ſederunt.

MICHAEL Pſellus, qui vt vult Andreas Schottus Societ. IESV, vixit hoc Sæculo, ſcripſit plurima quæ partim latent adhuc in Bibliothecis, partim excuſa ſunt; nos omiſſis Philoſophicis & Medicinalibus ſolummodò poſuimus Paraphraſin ipſius in Cantica Canticorum quæ ex recognitione eiuſdem P. Schotti, extat Græcè & Latinè, tomo 13 pag. 681. & quam Pſellus hortatu & ſtudio Imperatoris cuiuſdam collegit, ex ſancti Gregorii Nyſſæ Epiſcopi, & ſancti Nili, S. Maximi, Commentariis: Vnde inſcribitur: *Trium Patrum Comment. in Cantica Canticorum.*

S. ANSELMVS Epiſcopus Lucenſis, qui floruit hoc Sæculo, ſcripſit contra Guibertum alii wibertum Antipapam, & ſequaces eius, pro defenſione Gregorii VII. legitimi Pont. Romani, libros duos qui extant ex Biblioth. Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis operâ Henrici Caniſij, tomo 15. pag. 714. vbi & vide quæ de illo prænotata ſunt ab eodem, excerpta ex Trithemio de Scriptoribus Eccleſiaſt. ex Sixto Senenſi libro 4. Bibliothecæ, Abbate Veſpergenſi in Chronico, Denique ex Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui refert illum Anno Dom. 1086. obiiſſe. Habentur tomo eodem, pag. 776. collectanea quædam ex variis Authoribus ipſi adſcripta, quibus demonſtrare ſtudet Eccleſiæ facultates non eſſe in Poteſtate Regis aut Cæſaris.

DVODECIMO SÆCVLO COMPREHENSA.

GOFFRIDVS Abbas Vindocinenſis, & Cardinalis tituli S. Priſcæ, vixit vſque ad tempora Innocentii II. Pontif. ſcripſit Epiſtolarum libros quatuor, Opuſcula XVII. Sermones XII. quæ omnia ex recognitione & cum Notis Iacobi Sirmundi Societ. IESV, extant tomo 15. pag. 487.

S. HILDEBERTVS ex Cenomacenſi Epiſcopo, factus Archiepiſcopus Turonenſis (Quis, qualis, quantuſque fuerit è tomo 11. & 12. Annalium Eccleſiaſt. poteris intelligere) floruit tempore Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi, & Vrbani II. circiter annum Domini 1100. clarus quoque habitus eſt tempore Honorii II. Pontificis, ad quem etiam Epiſtolam miſit; Eius extant Epiſtolæ in hac Scriptorum Eccleſiaſticorum Bibliotheca primùm editæ, & argumentis ad ſingularum Epiſtolarum capita adiectis illuſtratæ, per M. D. L. B. tomo 3. col. 173. Eiuſdem Hildeberti Proſa de Natali Domini, tomo eodem, col 254. Verſus de Myſterio Miſſæ, col. 257. & tomo 10. col. 839. Sermo in illud Iſaïæ 35. *Tunc aperientur oculi cæcorum, &c.* col. 267. Item, in illud Lucæ 12. *Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo;* Sermo Synodicus ad Paſtores, col. 269. Scripſit vitam Hugonis Abbatis Cluniacenſis; quam, quia noſtri inſtituti non eſt, Vitas Sanctorum hic ponere, omiſimus. Scripſit & alia quædam, quæ recenſet Poſſeuinus, ſed extare non putamus.

Hunc appellat Hildebertum de Lauerdino; ob ſcientiæ prærogatiuam promotum priùs in Epiſcopum, deinde in Metropolitanum: meminitque illius, & VViehardi Lugdunenſis Canonici vt Verſificatorum præſtantiſſimorum; Bernardus Cluniacenſis in Præfatione Libri de Mundi contemptu, ad Petrum venerabilem Abbatem Cluniacenſem.

Compendio deſcripſeram vitam illius ex libro Pontificali Cœnomanenſi ante multos annos. ſed periit mihi. Claruiſſe autem illum tàm Proſa quàm metro, & expoſuiſſe metricè totum Miſſæ ordinem, ac præterea diuerſas ad diuerſos Epiſtolas verborum venuſtate comptas & elegantes (ſcilicet, etiam ſuprà quàm ferebant tempora) ſententiis vtiles, & rethoricis coloribus

adornatas, meminit Henricus de Gandauo. libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap. 8. Quorum omnium loca ſuprà indicauimus, tomo 3. ſcilicet, col. 173. & ſeqq. Plures autem illius de ſanctiſſ. Trinitate, & aliis argumentis Verſus, exſcripſit ſanctus Antoninus, Speculi Hiſtorialis, parte 3. tit. 16. cap. 9. §. 1. aliquot & ſequentibus.

ODO Abbas Tornacenſis, Vir vetuſtate, Religione, & eruditione venerabilis, poſteà Eccleſiæ Cameracenſis Epiſcopus, ſcripſit Expoſitionem in Canonem Miſſæ, quatuor diuiſam diſtinctionibus. extat tomo 6. col. 355.

De ipſo agunt Trithemius libro 2 de Viris Illuſtribus, Ordinis ſancti Benedicti. cap. 118. & Antonius Demochares in Tabulis Epiſcoporum Cameracenſium, quem aiunt obiiſſe, Anno Domini 1113. Garetius 1128. habet: Primumque fuiſſe femnt qui Canonem Miſſæ Commentariis illuſtrauerit.

ALGERVS Scholaſticus Leodienſis, ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant tomo 6. col. 271. & ſeqq. de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, libri 3. De Algero atque eius Operibus aliiſque Scriptorum monumentis ab eo relictis plura accipe ex Trithemio, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, & libro 2. de Viris Illuſtrib. Ordinis ſancti Benedicti, cap. 90. Item, ex Arnoldo voione in Hiſtoria Benedictina, atque ex Apparatu ſacro Poſſeuini. At illum Typographi ineptè expreſſerunt, DIVVM, non enim aſcriptus eſt in Sanctorum Canonem, quod ſciam: nec ſemel. in hoc Opere, id flagitij admiſerunt.

DROGO primùm, à Bartholomæo XLIV. Epiſcopo Laudunenſi, Ordinatus fuit, Abbas ſancti Ioannis Laudunenſ. cum anteà in eo Monaſterio eſſent Moniales, ipſéque eſſet Monachus Benedictinus Poſteà Hoſtienſis Epiſcopus, tum ſub Innocentio PP. anno 1130. factus S. R. E. Cardinalis; floruit tempore ſancti Bernardi, cui æqualis fuiſſe dicitur. Quapropter initio eius Operum, S. Bernardi ad ipſum Epiſtolam ponere placuit; quippe quæ mirificum ſanctitatis ipſius Drogonis teſtimonium contineat. De quo etiam plura ex iiſdem Scriptoribus afferunt, pôſt alios Poſſeuinus in Apparatu ſuo, & Alphonſus Ciaconius de vitis Pontificum in Innocentio II. qui conſentiunt eum claruiſſe tempore Beati Bernardi. Scripſit Sermonem de Paſſione Domini, extat tomo 2. col. 565. De Creatione & Redemptione primi Hominis librum: Primùm anno 1622. ex Elnenenſi Biblioth. erutum, & editum, tomo eodem, col. 589. ſcripſit etiam Tractatum, de Septiformi gratia Spiritus ſancti, ac de Beatitudinibus, ibidem, col. 594. Item, de Diuinis Officiis, ſeu Horis Canonicis, col. 597.

NICETAS Choniates, floruit temporibus Manuelis Comneni Imperat. & ſucceſſorum eius, ſcripſit Fragmentum ex Libro xx. Theſauri Orthodoxiæ, de Ordine, qui ſeruatur, cum quis à Saraceniſmo ad Chriſtianiſmum tranſit, extat Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 527. Scripſit præterea Hiſtoriam ab anno 1118. vſque ad annum 1205. quæ extat impreſſa cum Hiſtoriis Orientalibus, ac proptereà hic à nobis omittitur.

POTHO Prumienſis Presbyter, ſeu potius, Epiſcopus, floruit circa Annum Domini 1152. ſcripſit de Statu Domus Dei, Libros quinque. Item, de Magna Domo Sapientiæ, Librum vnum. Extant tomo 9. illi col. 561. & ſeqq. hic col. 611.

HVGO de ſancto Victore Canonicus regularis Lateranenſis, Ordinis Canonicorum Regularium Auguſtinianorum, & Abbas, natione Saxo, ſcripſit Speculum de Myſteriis Eccleſiæ ix. capitibus comprehenſum. Extat tomo 10. col. 1333. Item libros tres de Cæremoniis. Sacramentis, Officiis & Obſeruationibus Eccleſiaſticis Miſſarum, iuxta temporum & cauſarum varietatem, tomo citato, columna 1367. Eiuſdem putatur eſſe (quamquam hoc ſit controuerſum) Libellus de Canone myſtici Libaminis, eiuſque ordinibus, qui extat tomo eodem, columna 1424.

RVPERTVS Abbas Monaſterii Tuitienſis è regione Coloniæ Agrippinæ, Ordinis ſancti Benedicti, vir & vitæ Sanctimonia, & Sacrarum Litterarum peritia præclarus, ſcripſit de Diuinis Officiis libros xii. Extant tomo 10. col. 849. Vixiſſe referunt tempore Paſchalis II. Pontificis, & Henrici IV. Imperatoris, circa Ann. Dom. M. C. XI. De eodem multa colligere licet ex eius Epiſtola, col. 849. cit.

MICHAEL Glycas, claruit hoc ſæculo XII. Scripſit multa, vt habet Poſſeuinus in Apparatu. Diſputationes duæ, interpret. Iacobo Pontano Societis IESV, ex Bibliotheca. R. P. Andreæ Schotti eiuſdem Societ. IESV, extant, I. Vtrum in peccatum lapſis ſit condeſcendendum, an prouocatio poſtulat, increpandi ſint, tomo 15. pag. 794. II. Vtrum audiendi ſint docentes hominem à principio caducum corpus habuiſſe, & paſſionibus, ſiue, incommodis naturalibus etiam ante tranſgreſſionem obnoxium fuiſſe, cibumque ſenſibilem in Paradiſo, & lignum Scientiæ ficum extitiſſe, tomo citato, pagina 795. Primam ſcripſit ad Ioannem Synaiten Monachum & ſtylitam maximè Venerandum: Alteram ad Venerabilem in primis Monachum Dom. Ioannem Smeniotam. Adiecimus in fine Scholium Iacob Gretſer. eiuſdem Societ. pag. 799. Editi prætereà ſunt Annales ipſius, quos ſtudio hic omiſimus.

SCHOLASTICI cuiuſdam Dialogus, de Deo, ad Simonem Theologum, per interrogationes & reſponſiones, tomo 15 842. d 2.

BASILII Monachi & Presbyteri, & Præfect. Lauræ Maleini Aſceticæ vitæ deſcriptio, tomo decimoquinto, 843. b 2

IOANNIS Carpathiorum Epiſcopi ad Monachos ex India, eorum rogatu, cap. 82. tomo 15. pagina 845. d 1. *Habentur & Sæculo ſiue tomo 7. huius Bibliothecæ eiuſdem nominis Ioannis Carpathiorum Epiſcopi, cap. 97.*

Ex capitibus THEODORI Edeſſeni L. tomo 15. pag. 845 d 2

Ex vita ſanctæ SYNCLETICÆ X. tomo 15. pag. 853. b 1

Ex ELIÆ Presbyteri ſententiarum ex diuerſis florilegio florilegium, tomo 15 pag. 853. d 2

Decerpta ex florilegio cuiuſdam Anonymi, ſiue PETRI Abbatis, ex Anachoretarum dictis potiſſimum, tomo 15. pag. 858. a 1

LEONIS Imperat. ex Meditatione extremi Iudicii Canticum compunctionis, tomo eodem, pag. 861. a 2

Eiuſdem Argumenti Canon, ſiue Canticum, THEOLEPTI Epiſcopi Philadelphienſis, tomo eodem pag. 862. b 1

CANON, ſiue Canticum, agentis animam ex Græcorum Euchologio, tomo eodem, pagina 863. d 1

Alius CANON, ſiue Canticum peccatoris ad ſanctiſſimam Dei-param, ex eodem, tomo eodem, pag. 864. a 2

SIMEONIS Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, de Diuino Templo, & eius Miniſtris, Epiſcopo, Sacerdote, Diacono, de Sacris eorum veſtibus, & de ſacro-ſancta Myſtagogia ſiue Miſſa Commentariolus, ad Pios quoſdam Cretenſes. tomo eodem, pag. 865. Habentur hæc omnia parua Opuſcula, ex Bibliotheca Bauarica Sereniſſ. Principis Max mil. à R. P. Iacobo Pontano Societatis IESV edita, cum eiuſdem Notis, nos hos Authores & Opuſcula Aſcetica vti diſpoſita erant, reliquimus, quamuis aliqua ante & poſt hoc Sæculum potuerint eſſe conſcripta.

Legatio Imperatoris Cæſaris Manuelis Comneni Porphyrogeniti Aug. ad Armenios, ſiue, THEORIANI (qui eius fuit Legatus) Orthodoxi & viri docti cum Catholico & Generali Armeniorum Diſputatio & Colloquium Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 439. Editum primùm in lucem, Baſileæ, Anno 1578. ex Bibliotheca Ioannis Sambuci, interprete Ioan. Leunclauio. Hic Author floruit Anno Domini 1170. Hunc eſſe puto, quem Nicephorus in Chronologia XLVII. Conſtantinopolitanum Epiſcopum numerat, huius Biblioth. tomo 7.

MANVEL Patriarcha Conſtantinopolitanus, iuxta Coccium floruit hoc Sæculo, ſcripſit Reſponſa ad Bellæ Epiſcopi interrogationes, quæ extant, tomo 6. 421.

ECKBERTVS primùm Presbyter & Bonnenſis, ſeu, Bunnenſis Eccleſiæ Collegiatæ Canonicus Colonienſis Diœceſis, poſteà Monachus Schonaugienſis Monaſterii floruit anno Chriſti 1160. ſcripſit plura, quæ refert Trithemius Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis in vita eius, quam ex eodem Ioan. Trithemio exceptam poſuimus initio eius Operum, tomo 4. parte 2. col 75. Extant tantum contra Catharos Hæreticos Sermones XIII. circa varias eorum Hæreſes, tomo & parte citatis, col. 79. quos dedicauit Illuſtriſſ. Rectori Pontificalis Cathedræ in Colonia D. Reginoldo, col. 77. Item, excerptum ex Auguſtino de Manichæis, extat col. 141. hæc omnia ex editione Colonienſi Ioan. Soteris Anno 1530. prodiére.

HONORIVS Auguſtodunenſis Eccleſiæ Presbyter, floruit Sæculo XII. ſcripſit plurima Philoſophica & Theologica, ex quibus extat ineuitabile, ſiue, de Prædeſtinatione & Libero Arbitrio Dialogus: erutus primùm & in lucem editus Antuerpiæ anno 1621. è Cœnobii ſanctæ Mariæ in Tongerloenſ. Ordinis Præmonſtratenſis Bibliotheca Operâ V. P. Ioannis Conen, ſacræ Theolog. Licentiati, ibidem Prioris. tomo 9. col. 1141. Habetur etiam in eum Præfatio, col. 1135. Extat ſub eius nomine, de Diuinis Officiis, ſiue, de antiquo ritu Miſſarum Liber, qui gemma animæ inſcribitur, tomo 10. 1179. qui liber in IV. alios ſubdiuiditur, I. extat, col. cit. II. qui eſt de Horis Canonicis, tomo eodem, col. 1240. III. de Solennitatibus totius Anni, col. 1261. IV. denique, de Concordia Officiorum col. 1298. Vide quæ circa eundem Authorem & librum Annotauimus initio tomi 10. vbi vitæ & conditiones Authorum eiuſdem tomi primi, Compendioſè recenſentur.

GERMANVS Patriarcha Conſtantinopolitanus, vixit Sæculo duodecimo, tempore Alexii Comneni, & ſcripſit præter alia, Orationem in primam Ieiuniorum Dominicam, & in Sanctarum & venerabilium Imaginum reſtitutionem, extat à R. P. Iacobo Gretſero Societ. IESV edita, tomo 15. pag 721. a a

IOANNES Zonaras Monachus Græcus, ſcripſit præter libros Hiſtoriarum, qui cum Hiſtor. Orientalis Scriptoribus editi ſunt, in Canones Apoſtolorum, & alia quæ iam Pariſiis Græcè & Latinè hoc anno prodierunt, ac propterea hic omiſſa ſunt., Canonem de ſanctiſſima Virgine

eiuſdem Zonaræ poſuimus, tomo 12. pag. 358. b 2. qui Canon eſt Poëma contra omnes propemodum hæreſes. Eodem Genebrardo interprete: Sonus Plagij quarti. Vixiſſe autem illum ad Alexii I. Comneni Imperatoris tempora indicat illud, ex eius Oda IX. *Populum tuum ab execranda Bogomilorum Hæreſi recens orta, liberata.*

NICOLAVS Methonenſis Epiſcopus Græcus, & Schiſmaticus, Eccleſiæ Romanæ perduellis, vixit Sæculo XII. de quo vide quæ tomo 12. pag. 516. prænotata ſunt, ſcripſit præter alia Libellum ad eos qui hæſitant, aiuntque conſecratum panem & vinum non eſſe Corpus & Sanguinem Domini noſtri IESV CHRISTI, extat Græcè & Latinè, tomo citato, ibidem, & ſequentibus pag.

EVTHYMIVS Zigabenus Monachus tempore Alexij Comneni Imperat. vixit vt ipſe teſtatur initio Panopliæ. Scripſit hanc eandem dogmaticam Panopliam aduerſus omnes Hæreſes, ex cuius parte 2. tit. XXIV. excerptam habes Iſmaeliticarum, futiliumque eius Sectæ dogmatum, Confutationem Ioanne Iacobo Beurero interprete Græcè & Latinè, tomo duodecimo, columna 536. c

Domini ALEXII Comneni Græcorum & Conſtantinopoleos Imperatoris, de Donariis & Rebus Sacris non auferendis per Principes & Imperatores Reſcriptum, ſiue Oratio, quam Auream Bullam appellauit, tomo 3. col. 274. Vixit annos LXX. regnauit autem XVII. menſibus IV. & aliquot diebus; Ac poſtremò obiit Anno mundi 4626. vt ſcribit Zonaras Annal. tomo 3. proinde apparet ab illo editum hoc Reſcriptum Imperii, anno 2. vt ibidem notatum eſt.

Domini CONSTANTINI Harmenopuli, Sebaſti, Nomophylacis, & Iudicis Theſſalonicenſis, de opinionibus Hæreticorum qui ſingulis temporibus exſtiterunt Græcè & Latinè, tomo duodecimo, pagina 533. Non multò ante eius ætatem, exortam Bogomilorum Hæreſim, ſcribit in Hæreſi poſtrema. Extat eiuſdem Harmenopoli Fidei profeſſio, ſeu de Fide orthodoxa, Sermo, tomo citato, col. 538.

PETRVS II. Senonenſis Archiepiſcopus, LXXII. dictus de Corbolio, pugnauit contra Albigenſes. Extant illius (vt plurimi autumant) Conſtitutiones, tomo 6. col. 419

FOLMARVS Præpoſitus, Petræ Stillantis, ſeu Trieffenſteinii in Franconia infrà Herbipolim, vixit Sæculo XII. circa tempora Alexandri III. Pontificis Romani. Extat eius Epiſtola ſcripta ad Dominum Eberhardum Salzburgenſem Archi-præſulem, tomo 4. parte 2. col 845. Sequuntur ſex aliæ Epiſtolæ contra Folmarum, eundem quibus eius delirium de Sacramento Euchariſtiæ refellitur. Ibidem, primùm editæ ex manuſcrip. Monaſterii Raitenhaslenſis, ſeu Rotenhaslenſis in Bauaria inferiore.

GVIGO Quintus Prior Carthuſiæ, floruit Sæculo XII. ſcripſit aliqua quæ recenſent, Trithemius & Petrus Dorlandus Carthuſianus, Meditationes ipſius piiſſimæ, extant ex editione Antuerpienſi, & ex eodem Ioanne Trithemio Abbate Spanheimenſi, tomo 15. pag. 788.

HVGO Etherianus, natione Tuſcus, floruit anno 1170 ſcripſit, de Anima corpore iàm exuta; & de Regreſſu Animarum ab inferis ad Clerum vrbis Piſæ, Librum vnum. Extat tomo nono, col. 389. Item, de Hæreſibus quas Græci in Latinos deuoluunt: ſiue, quod Spiritus ſanctus, ex vtróque (Patre, ſcilicet, & Filio) procedat; contra errores Græcorum libros tres, qui extant tomo eodem, col. 435. & ſeqq. Ipſum claruiſſe ſub Alexandro III. Pontifice, & Emmanuele Comneno Imperatore ex Genebrardi libro Chronographiæ, pag. 615. contra Trithemium alioſque exiſtimantes eum ſub Alexandro IV. floruiſſe clarè demonſtratur ex ipſius authoris verbis quæ habentur in Præfatione, libri de Hæreſibus quas Græci in Latinos, &c. Conſule locum col. 388.

ARNOLDVS Carnotenſis, Abbas Bonæ-vallis, fuit familiaris ſancti Bernardi, ad quem tanquam ad amicum ſcripſit: & cuius vitam collegit; & poſt obitum eius floruit, ſcripſit Sermonem de Laudibus Sanctæ & perpetuæ Virginis matris Chriſti Mariæ, tomo 1. col. 374. Item, Tractatus de ſeptem Verbis Domini in Cruce prolatis, qui cum Scholiis Franciſci Titelmanni, & recognitione R. P. Andr. Schotti Societ. IESV, extant tomo eodem col. 379. Ernaldum Abbatem Bonæ-vallis, eum appellat Henricus de Gandauo, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, capite 11. Majorem Notitiam de Arnoldo poteris accipere, ex iis quæ ab eius ſcriptis excerpta initio eius Operum poſuimus.

ARNVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus, floruit anno Domini 1180. ſcripſit Epiſtolas, Conciones & Epigrammata, quæ omnia ex Bibliotheca Odonis Turnebi, Herbani F. ann. 1585. Pariſiis edita, extant tomo 3. col. 539.

STEPHANVS Tornacenſis primo, Beati Eburcij Aureliæ ad Ligerim Præfectus, poſteà ſanctæ Genouefæ Pariſiis Abbas, floruit Sæculo duodecimo, ſcripſit Epiſtolas multas, ab Anno Domini 1159. vſque 1196. quæ ex Bibliotheca Papyrii Maſſoni Pariſiis editæ, extant tomo tertio, colum. 755.

P. D. PETRVS Abbas Monaſterij Cellenſis primùm, Poſteà ſancti Remigij Rhemenſis Abbas, & Epiſcopus fuit Carnotenſis, floruit Sæculo XII. ſcripſit ad D. Ioannem Saliſberienſem, de

Patribus,

Panibus, librum, to.9. col. 823. Extant eiuſdem. Moſaici Tabernaculi, Myſticæ & Moralis expoſitionis libri duo, col. 911. Eiuſdem, de Conſcientia, ad Alcherum Monachum, liber, ex Bibliotheca, V. C. N. Fabri, primùm exſcriptus & editus. col. 938.

O D O Pariſienſis Epiſcopus vixit ad Annum Domini 1175. Deſcripſit Synodicas Conſtitutiones. Extant tomo 6. col.409. Vide quæ ad eius Opuſculorum initium annotauimus ex Petri Bleſenſis Epiſtolà CXXVI. & CXXVIII. Poſitus eſt etiam hic Author Sæculo XI. ſub finem per incuriam Typographi.

Trias SCRIPTORVM aduerſus waldenſium Sectam Ebrardus Bethunienſis, Bernardus Abbas Fontis Calidi, & Ermengardus. De quibus Authoribus, qui fuerint, quando vixerint, vel nihil, vel parum dicere ſufficit. I. Bethuniâ non ignobili vrbe Flandriæ, ſeu Artheſiæ. II. & III. quâ fuerint patriâ certò non ſcitur. Scripſerunt vt colligere licet hoc XII. Sæculo, aut ſaltem initio ſequentis. Extant eorum ſcripta tomo 4. colum. 1057. Vide ibidem præloquia Iacobi Gretſeri Societatis IESV, quæ ad intelligentiam dictorum Scriptorum maximè conducunt.

DECIMOTERTIO SÆCVLO CONTENTA.

LVCAS Tudenſis Epiſcopus Hiſpanus, vixit hoc ſæculo, ſcripſit, inter alia, Chronicon, quod cum Rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus editum ſit, hic omiſimus, extant ipſius de altera vita, fideique Controuerſiis aduerſum Albigenſium errores libri III. ex editione, & cum Notis Ioann. Marianæ, (qui Præfationem in eundem Lucam Tudenſem, de Operis Authore, ſcriptique Conſilio & de Albigenſium hæreſi præmiſit. Reperies & Notas Iac. Gretſeri, & Andreæ Schotti Societatis IESV Theolog. tomo 4. par. 2. col. 577.

Accedunt ſcriptores aliquot ſuccedanei Lucæ Tudenſis contra Sectam waldenſium, à Iacobo Gretſero Societat. IESV ſimul editi & prolegomenis eiuſdem illuſtrati, in quibus de waldenſium factionibus, peruerſiſque dogmatibus copioſè diſſeritur, tomo & parte iiſdem, col. 715. & ſeqq. rem hi qui ſequuntur.

REINERI Ordinis Prædicatorum Liber contra waldenſes in X. capita diſtributus, tomo 4. parte ſecunda, columna 743. Variæ eiuſdem Reineri Lectiones deprehenſæ in altero codice Manuſcr. extant col. 841.

CATALOGVS in quo variorum hæreticorum deliramenta inſunt, col. 721. Hic Catalogus non pertinet, meo iudicio, ad Reineri librum, quia iàm abſoluit quidquid in Proœmio X. Capitibus tractandum propoſuerat, ſed quia in MS. exemplari ſubiungebatur Reineriano tractatui, noluimus à loco ſuo diuellere.

PETRVS de Philichdorff ſanctæ Theologiæ Profeſſor, Librum ſcripſit in 36. capita diſtributum contra waldenſes, col 777.

Fragmentum ex Tractatu PETRI de Philichdorff contra Pauperes de Lugduno, ex Manuſcrip. codice Monaſterii Tegernſeenſis. Extat col. 813.

REFVTATIO errorum, quibus waldenſes diſtinentur, incerto Authore, col. 819.

Index errorum quibus waldenſes infecti ſunt qui numerantur vſque ad XXXVII. col. 831.

Modi duo examinandi Hæreticos, col. 835.

Fragmentum de erroribus Begbardorum ex Manuſc. libro CONRADI de Montepuellar. (Magdeburg fortè) Canonici Ratisbonenſis, contra Beghardos & Beguinas, col. 839.

EPISTOLÆ ſeptem de venerabili Sacramento Euchariſtiæ, ex quibus ſex refellunt delirium Folmari Præpoſiti Triefenſteinii, ſeu petræ ſtillantis, epiſtola prima propoſitum & expoſitum: primum in lucem editæ ex Manuſcr. codice Monaſterii Raittenhaſlenſis. Extant col. 844. Vt iàm notauimus Sæculo XII. in Folmaro.

Beatiſſimus & Seraphicus P. N. FRANCISCVS Aſſiſias (quæ ciuitas eſt in Vmbria) primus Inſtitutor ſui Ordinis, toto orbe ſanctitate clariſſimus, ſcripſit aliqua pia Opuſcula, ex quibus extant: Verba ſacræ Exhortationis ad Fratres omnes, tomo 5. col. 823. Laus Domini Dei altiſſimi, col. 826. e Oratio ad Deum vna, & binæ ad B. Virginem, colum. 827. Verba ipſius ad humilitatem, obedientiam &c. inducentia, ibidem. Epiſtola ad Sacerdotes ſui Ordinis, ibidem: Teſtamentum ipſius ſancti Franciſci, col. 829. Laudes eiuſdem Teſtamenti, Auth. Anonymo, col. 831. Oratio, ſeu Expoſitio, ſuper *Pater noſter*, ibidem.

S. LVDOVICVS Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, edidit Pragmaticam Sanctionem, quæ extat tomo 6. col. 461. Eiuſdem memorabile fœdus cum Raimundo Toloſatum Comite Ariano, ibidem. Obiit anno 1270.

S. EDMVNDVS Theologus Pariſienſis & Cantuarienſis Archiepiſcopus, dictus Virgo,

floruit anno Domini 1240. ſcripſit Libellum, qui inſcribitur Speculum Eccleſiæ, ad Ciſtercienſes Pontinianenſis Monaſterii Monachos; Chriſtianis omnibus vtilem apprimè & neceſſarium, tomo 5. col. 765. Obiit anno Domini 1246. in Pontinianenſi Galliarum Cœnobio XVI. Kalend. Decemb. paulò pòſt Catalogo SS. adſcriptus ab Innocent. IV. & anno ſequenti, ſcilicet 1247. de terra eleuatus, vt videre eſt in eius vita, quam in Opuſcul. illius fronte, ex ſancti Vincentii Beluacenſis Speculo Hiſtor. libro 31. capite 67 & dehinc Anton. parte 3. tit. 19. cap. 10. & tandem per M. D. L. B. deſcripſimus. Plura ex variis Authoribus de ſancto Edmundo, Annotata inuenies in Notis ad Rom. Martyrol. 16. Nouembris.

S. NICO, ſeu Nicon, quidam Græcus, claruit vt putat Coccius hoc Sæculo, ſcripſit quædam, ſed non extat niſi fragmentum quoddam ex Epiſtola ad Encliſtium de iniuſta Excommunicatione, & aliud de peſſima peſſimorum Armeniorum Religione, tomo 3. col. 149. Vide ibidem prænotata ad primum Epiſtolam.

R. P. N. STEPHANI Pariſienſis Epiſcopi, contra varios in Fide errores, & eorum Profeſſores Anathema, anno Domini 1227. die Dominica, qua cantatur *Lætare Ieruſalem*, in Curia Pariſienſi, tomo 4 col. 917.

GVILIELMVS I. Pariſienſis Epiſcop. LXIII. vixit hoc Sæculo Vrbani IV. P. M. temporibus, damnauit Errores deteſtabiles aliquot contra Catholicam veritatem, anno Domini 1240. tomo 4. col. 925. e. Item, eius Aſſertiones oppoſitæ Erroribus, extant col. 927. b

Fratris GVILIELMI Moritæ, poſtmodum Conſtantienſis Epiſcopi, Errores damnati Pariſiis, Anno 1240. Extat eorundem Errorum & Palinodiæ breuiculum, tomo quarto, columna 917. c.

STEPHANVS Pariſienſis Epiſcopus LXVII. Frater Ludouici Groſſi Regis Galliæ, ſiue alius eiuſdem nominis & dignitatis, non generis, compoſuit reſcriptum de quorundam errorum & librorum damnatione, anno 1270. & 1277. tomo 4. col. 928. Eiuſdem, variorum contra Fidem Articulorum damnatio, col. 929.

VRBANVS IV. Pontifex, Maxim. iniit Pontificatum Anno Chriſti 1261. ſcripſit Metaphraſim, ſiue Expoſitionem fructuoſam in Pſalmum Dauidis quinquageſimum, extat tomo primo col. 109.

ROBERTVS de Sorbona, ſancti Ludouici Regis Galliarum Chriſtianiſſimi Pœnitentiarum Oeconomus, ſcripſit tria Opuſcula: de Conſcientia, tomo 5. col. 789. de Confeſſione, ibidem. col. 800. & iter Paradiſi, columna 813. Deſcriptam babes initio Operum vitam illius per M. D. L. B.

IACOBVS de ſancto Georgio ad Velum aureum Diaconus Cardinalis Nepos Bonifacii octaui Pont. M à quo ad Cardinalatum promotus eſt, vt ipſe teſtatur capite 2. libri quem ſcripſit, præter alia dictum de anno centeſimo, ſeu Iubileo, qui extat vnà cum Iulij Roſei Scholiis, tomo 6. col. 425. Eiuſdem de eodem Iubileo Carmina duo primùm in hac Bibliotheca edita, tomo eodem, col. 437. Sequuntur tres Bullæ diuerſorum Pontificum in gratiam Iubilei conceſſæ adiectis etiam Notis dicti Roſei.

ATHANASIVS Conſtantinopolitanus Patriarcha, floruit iuxta Coccium hoc Sæculo, ſcripſit Epiſtolas octo de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia, tomo 3. col. 141. Quartum iàm annum eo Sacerdotio fungebatur, cum ab Andronico truſus eſt in carcerem Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator. De Athanaſio Conſtantinop. plura colliges ex teſtimonio Niceph. Gregoræ Hiſtor Romanæ Lib. 6. cap. 11. 12. & 13. quod appoſuimus initio Epiſtolarum eius, tomo cit. Has porrò Epiſtolas Græcè ab eo ſcriptas fuiſſe, dubium non eſt, cùm earum argumentum expreſſerit tàm euidenter Gregoras, vt notauimus: quis verò interpres, Latinas fecerit, mihi non adhuc conſtat.

SÆCVLO XIV. CONTENTA.

BONIFACIVS VIII. Pont. M. celebrauit Iubileum ineunte Sæculo XIV. Anno Dom. 1300. vt ſcribit Iacobus Cardinalis, libri de Iubileo cap. 1. huius Iubilei reſcriptum extat tomo 6. col. 437. item Formula Declarationis per quam rebelles Eccleſiæ à dicto Iubileo excluduntur, col. 438. & alia quædam adiectis D. Iulij Rozæi Scholiis, ibidem, vt iàm iàm notauimus in Iacobo de ſancto Georgio.

IVSTVS Abbas Ordinis Ciſtercienſis, floruit anno 1300. & 1301. eius ſermo habitus in Conuentu multorum Abbatum eiuſdem Ordinis, extat tomo ſecundo, col. 559. cum Notis marginalibus.

GVILLELMVS IV. Pariſienſis Epiſc. LXXXI. floruit circa initium Sæculi XIV. obiit an. 1320. Pontificatus xv. Extant eius (ni fallor) Synodales Conſtitutiones, tomo 6. col. 418. ſub nomine WILLELMI PARISIENSIS.

BARLAAMVS de Seminaria Gyracenſis, vel verius Hieracenſis Epiſcopus Græcus floruit hoc Sæculo, ſcripſit Epiſtolas ad Græcos de Vnione cum Romana Eccleſia, & proceſſione Spiritus ſancti contra Græcos quæ ex Bibliotheca Sereniſſ. Maximil. Principis Bauariæ recognitæ, & per Henricum Caniſium editæ, extant tom. 3. col. 857. Eiuſdem Barlaami Ethica ſecundum Stoïcos, ex pluribus eorundem Stoicorum voluminibus compoſita & duas in partes diſtributa. Pars prima extat tomo eodem, col. 905. altera, col. 915. Multa & quidem ſcitu digna de iſto Barlaamo diſputantur, initio eius Operum, tomo eodem, col. 857. citata.

PETRVS Bertrandus Diœceſis Viennenſis, vir vtriuſque Iuris Profeſſor, olim Epiſcopus Eduenſis, poſteà S. R. Eccleſiæ Cardinalis, T. S. Clementis, floruit anno 1329. ſcripſit inter alia Libellum contra Petrum de Cugneriis, ſuper facto Prælatorum Eccleſiæ Gallicanæ, pro eiuſdem Eccleſiæ libertate. Extat tomo 4. col. 863. Item, eiuſdem Tractat. de Origine & vſu Iuriſdictionum, ſiue de Spirituali & Temporali Poteſtate, in quatuor breues Quæſtiones diſtributus, extat colum. 899. & ſeqq.

NICOLAVS Cabaſilas. Schiſmaticus Græcus floruit hoc Sæculo. Eius compendioſa interpretatio in Diuinum Sacrificium, ſiue Liturgiæ expoſitio, extat Gentiano Herueto interprete, Græcè & Latinè edita, tomo 12. col. 444. Græcum textum primùm accepimus ex Manuſcrip. codicibus Biblioth. Regis Chriſtianiſſimi LVDOVICI XIII. Auguſtiſſimæ memoriæ. Hunc ipſum Cabaſilam excuſare conatur Gentianus Heruetus in ſua, quæ hîc præfigitur, admonitione ad Lectorem; ſed fruſtra: conſtat n. eum Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimum fuiſſe & aduerſus Diuum Thomam Aquinatem, de Proceſſione Spiritus ſancti librum Hæreticum ſcripſiſſe, quapropter cautè ſcripta eius ſunt legenda.

S. PHILOTHEVS Epiſcop. ſiue Patriarcha Conſtantinopolitanus, vixit hoc Sæculo XIV. ſcripſit varia, quæ adhuc latent in Bibliothecis: præſertim in Bauarica in qua extãt varia eius Opera Græca num. 49. Extat ipſius Ordo inſtituendi Diaconum: videlicet quomodo miniſtrat Diaconus cum Sacerdote in magno Veſpertino, & Diluculo, & Liturgia, tomo 6 col. 149 Item, Laudatio in eximios Pontifices & totius orbis terrarum Doctores SSS. Baſilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioannem Chryſoſtomum, ex interpretatione Iacobi Pontani Societ. IESV, Presbyteri, & ex editione Germanica. Extat Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 557. & ſeqq. De eo plura ſcripta ſunt apud Ioannem Catuzentum, libro 4. Hiſtor. Sedit in Schiſmate Græcanico. Vide Apparatum Sacrum Poſſeuini.

R.P.D. NICOLAVS Oreſmius, Lexouienſis Epiſcopus, floruit Anno Domini 1378. fuit Caroli V. Francorum Regis cognomento Sapientis Præceptor, ſcripſit Tractatum de Mutatione Monetarum, qui extat tomo 9. col. 661. Multos ille libros Ariſtot. Ciceronis, aliorumque Auctorum, conuertit in Gallicam Linguam, de eo vide Annales Franciæ, & Genebrardum lib. 4. Chronographiæ, pag. 707.

GERARDVS Zuthphanienſis, natione Belga. Vir pius ac eruditus, ſecundum nonnullos Canonicus Regularis, floruit anno Domini 1390. Claruit in Gymnaſio Colonienſi, & varia ſcripſit, ex quibus extant Opuſcula duo ſpiritualia, ad vitam corripiendam, rectéque inſtituendam quibuſuis accommodata. I. de Reformatione interiori, ſeu virium Animæ, in XIX. Capita diſtributum, tomo 5. col. 839. II. de ſpiritualibus Aſcenſionibus, LXXI. capitibus diſtinctum, tomo eodem, col. 879. Vide quæ de illo annotauimus initio eius Operum, ibidem, col. 833. excerpta ex Catalogo Script. Eccleſiaſt. Abbatis Spanhemen.

ARTICVLI Reuocati Pariſiis in Domo Prædicatorum, per F. Ioannem Guinnis, ſiue Guidonis Minoritam anno Domini 1318. tomo 4. col. 929.

ARTICVLI de Diuina Eſſentia, veritate, Angelis, & aliis Fidei capitibus damnati, per R. P.D. Fulconem Epiſcopum Pariſienſem & Theologiæ Magiſtros Regentes Pariſiis, anno Domini 1340. in Octaua Epiphaniæ, tomo eodem, col. 931.

CONSTITVTIONVM celeberrimæ artium Pariſienſis Academiæ, Profeſſoribus & Magiſtris obſeruandarum capita edita Anno Domini 1344. in Feſto Natiuitatis Domini, tomo eodem, col 932.

IOANNIS de Mercutia Ciſtercienſis Ordinis Errores, per Magiſtros Pariſienſes condemnati, Anno 1343. vel vt alii 1348. & prohibiti omnibus Bacchalaureis legentibus, ſub pœna priuationis ab omni bonore Facultatis, tomo eodem, col. 933.

Magiſtri IOANNIS de Vltricuria Errores & Propoſitiones, primùm in Curia Rom. damnatæ: deinde publicè reuocatæ per eum in Vniuerſitate Pariſienſi, Anno 1348. tomo eodem, colum. 935.

CONCLVSIONVM quarumdam & Corollariorum facta reuncatio per Simonem, ann. 1351. tomo eodem, col. 939.

Formula reuocationis quorundam Errorum factæ Pariſiis, per Fratrem GVIDONEM, Ordinis Heremitarum ſancti Auguſtini actu legentem Pariſiis Sententias in Seholis dicti Ordinis, Anno Domini 1354. xv. menſis Maij, tomo eodem, col. 941.

Articulorum LVDOVICI, Declaratio, ſeu per eum facta Reuocatio, Anno 1362. tomo eodem, col. 943.

Magiſtri IOANNIS DE CALORE, Reuncatio, Anno 1363 ibidem.

De ALMARIANORVM, ſeu Almaricianorum Hæreſibus & cócrematione, breuis narratio, anno 1363. tomo eodem, col. 945.

Tranſcriptum Schedulæ reuocationis quorundam Articulorum Fr. DIONYSII Souleehat Minoritæ publicè in Diſputationibus ſolemnibus, per eum ſemel atque iterum factæ Pariſiis, & in Curia Romana, Anno 1365. & 1369. tomo eodem, col 946.

SAECVLO XV. COMPREHENSA.

HIERONYMVS de ſancta Fide, vixit Anno Domini 1412. ex Iudæo Chriſtianus, & poſteà medicus Benedicti XIII. Maximi Pontificis, ſcripſit Tractatú contra Errores Iudæorum, & contra Thalmudiſticas quiſquilias, ex cuius recitatione vltra quinque millia Iudæorum conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, extat tom. 4. I. col. 741. II. col. 775. Vide quæ ibid. in fronte prænotauit M. D. L. B.

GEORGIVS Scholaſticus, ſiue Gennadius, vir inter Græcos doctiſſimus & ſapientiſſimus, Patriarcha Conſtantinopoleos, Nouæ Romæ, vixit anno 1440 ſeu, ipſo excidii Conſtantinopolitani tempore, Mahumeti Regi Turcarum familiaris tunc. Scripſit Orationes quatuor, de Pace inter Græcos & Latinos ineunda, quæ habetur Græcè & Latinè, poſt Concilium Florentinum in quarto tomo Conciliorum, ex editione Antonii Hierati anni 1618. Scripſit prætereà Confeſſionem, ſiue Sermocinationem, habitam cum Sultann Mahumete Turca de recta & inculpata Chriſtianorum Fide, tomo 4. col. 949. Quæ Confeſſio tranſlata eſt in Turc-Arabicam Linguam, ab Achmate Berrhoeæ Prætore, qui Mahumetis Zelobi Commentarienſis Pater fuit. Extat etiam tomo eodem colum. 956. Libellus de Articulis noſtræ Fidei ad eundem Mahumetem. Item, eiuſdem expoſitio pro ſancta & Oecumenica Synodo Florentina, & defenſio quinque Capitum quæ in Decreto eius continentur, ad Græcos, Fabio Beneuolentio Senenſi interprete. tomo citato, col. 959. Denique habetur eius Oratio ad vnum & trium perſonnarum Deum, col. 1056.

Vitam ipſius Gennadij poſuimus in fronte eius Operum, col. ſcilicet 949. tomi citati. Nec-non Poſſeuini in Apparatu ad Sacram Bibliothecam Annotationes in eiuſdem Dialogum, & alia quædam ex Turco-Græciæ 1. Libro.

BESSARION Epiſcopus Tuſculanus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Conſtantinopolitanus Patriarcha qui interfuit Concilio Florentino, ſcripſit Librum de Sacramento Euchariſtiæ, & quibus verbis Chriſti Corpus conficiatur. Extat tomo 6. col. 467. ex editione Pariſienſi, anno 1560. Illum anno 1472. Legatum vidit Gallia. Vnde Romam rediens Rauennæ obiit, ætatis anno 77. vt refert Petauius Rationarij temporum, parte prima, libro 9. cap. 9. ſub finem.

MAXIMVS Planudes, qui putatur floruiſſe hoc Sæculo decimoquinto, quia viuebat circa tempora Concilii Baſilienſis, ſcripſit Orationem: *In Corporis Ieſu Chriſt ſepulturam & ſacro-ſanctæ Dei Matris Lamentationem.* Interprete Ioachimo Axonio Grauiano, tomo 15. pag. 836. d 2. habita autem eſt hæc Oratio poſtridie Paraſceues.

SAECVLO XVI. COMPREHENSA.

CLAVDIVS DE SAINCTES Lutetiæ Theologus, Epiſcopus Ebroïcenſis, vixit hoc Sæculo XVI. interfuit Concilio Tridentino, ſcripſit, præter alia multa, Collectanea quædam de Euchariſtia & Miſſæ ritibus, ex Operibus Diui Ioannis Chryſoſtomi quæ extant, è quibus Liturgica Græcorum comprobantur, quæ habentur xxx. capitibus contenta, tomo ſexto, col. 491. & ſequentibus.

MOYSES Mardenus Aſſyrius Iacobita, vixit anno 1552. & à Patriarcha Antiocheno Legatus Romam miſſus fuit, ſcripſit fidei profeſſionem quam ſuo, & Patriarchæ ſui nomine eſt profeſſus Romæ, an. eod. Extat ex ipſo profitentis autographo Syriaco traducta ad verbum per Andræam Maſium Bruxellanum, tomo 4. col. 858. Scripſit & Theologicam de SS. Trinitate Contemplationem, an. 1552. item, ex autographo Syriaco ad verbum tranſlata per eundem Andręam Maſium, tomo 4. cit. col. 860.

SIVD, ſiue Sifiud, ſiue Sulaka, electus Patriarcha Neſtorianor. ſcripſit fidei profeſſionem, quam ore & ſcripto profeſſus eſt Romę, anno 1553. extat traducta ex autographo Syriaco, per eundem Andręam Maſium, tomo 4. col. 862.

APPENDIX
AD PRÆCEDENTIA SÆCVLA.

In qua continentur Authores omiſſi in præcedentibus Sæculis, qui ſuis locis ſunt reſtituendi.

ANTE SÆCVLVM PRIMVM.

EZEKIEL Tragicus Iudaïcarum Hiſtoriarum Poëta, vixit antè Chriſtum Dominum Annis LXXXIII. ſeu ab vrbe condita 667. teſte Poſſeuino in Apparatu Sacro, multa ſcripſit ex quibus hîc habetur Eductio, ſeu Liberatio Hebręorum Græcè & Latinè, tomo 14. pag. 153. quod Opus ipſi attribuunt Clemens Alexandr. libro primo Stromatuom, & Euſebius Pamph. libro IX. Euangelicæ Præparat.

AD SÆCVLVM II.

Q. SEPTIMVS Florens Tertullianus Carthaginenſis in Africa Presbyter, vixit ſecundo Sæculo, ſub Seuero & Caracalla Principibus, & ſcripſit plura quæ habentur; ex quibus hîc poſuimus Carmen de Iona & Niniue, deſcriptum ex vetuſto exemplari P. Pithœi I. C. Opera Franciſci Iuteti, quæ in illud Carmen Notas edidit, tomo 8. pag. 938.

AD SAECVLVM II. aut III.

XYSTVS vel Sixtus Pythagoricus Philoſophus Ethnicus, ſcripſit Sententias quaſdam CCCCXXX. Interprete Rufino Aquileïenſi Presbytero, quæ habentur tomo 5. col. 566. Has ſententias ementito titulo & ſplendido S. Sixti II. Romani Pontif. & Martyris nomine, Rufinus euulgauerat, vt teſtes ſunt Hieron. Auguſtinus, Iſidorus, Poſſeuinus & alii, quorum teſtimonia præpoſuimus, ibidem. Porrò hunc Authorem coniecimus, II. aut ſaltem III. Sæculo vixiſſe, quia multa continet quæ Origeniſmum redolent, immò & Seminarium quoddam Pelagianiſmi Erroris videtur propoſuiſſe.

PAVLVS Samoſatenus Antiochenus Epiſcop. Hæreſiarcha Sabellium æmulatus, qui Ptolemaide in Libya neſarium aduerſus ſanctiſſimam Trinitatem dogma, paulò antè vulgauerat, Filij & ipſe diuinitatem oppugnare cœpit, vt teſtatur Euſebius libro 7. Hiſtor. cap. 8. Epiphan. Hæreſi 65. & alij paſſim. Multa ſcripſit neſaria quæ perierunt, hîc extant decem Quæſtiones quas Dionyſio Alexandrino propoſuit vnà cum Reſponſionibus Dionyſij, Græcè & Latinè, tom. 11. p. 278. vixit Sæculo III.

AD SAECVLVM QVARTVM.

S. ASTERIVS non ille Arianæ ſectæ Epiſcopus, cuius meminit Hieronym. in Catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Theodoretus in Philotheo, cap. 2. ſed alius quidam Amaſeæ vrbis Epiſcopus, qui vnà cum Acacio legatione functus eſt ad ſanctum Iulianum, cognomento Saban, teſte Theodoreto, loco citato, vixit temporibus Iuliani Apoſtatæ, & ſucceſſorum eius, vt paret ex Homil. 3. paulò vltra medium, vbi de iis qui tempore Iuliani Fidem negauerunt ita ſcribit: *Et hæc quidem antiquorum exempla temporum memoriæ ſeruauit. Sunt etiamnum recentia ac noſtræ ætatis, cum enim Imperator ille*, &c. Extant huius Homiliæ Græcè & Latinè, ex interpr. Phil. Rubeni I. C. Antuerp. tomo 13. pag. 561.

S. HILARIVS Pictauorum Epiſcopus, floruit anno Domini 355. S. Athanaſii æqualis fuit: multa ſcripſit quæ recenſet Bellarm. in Hilario, & alii, hîc extat eius Fragmentum Gręcè & Latinè, quod poſt Pentecoſten in Feſto ſanctiſſ. Trinitatis, recitatur, ex quodam eius Sermone qui non extat inter edita Opera ipſius, tomo 11. 543.

S. IOANNES Chryſoſtomus ex Aduocato Monachus, ex Monacho Presbyter Antiochenus ordinatus eſt anno ſecundo Valentiniani Iunioris & octauo Theodoſii Senioris, ex Presbytero Epiſcopus Conſtantinopolitanus factus anno IV. Arcadij & Honorii: tandem anno 13. eorundem Impp. Epiſcopatus ſui 9. mortem obiit circa annum Dom. 407. Opera eius quæ extant ſeparatim excuſa habentur ex quibus hîc, tomo 12. pag. 299. Græcè & Latinè Gentiano Herueto interprete Liturgiæ, ſeu Diuini Sacrificij ritum excerptum poſuimus.

S. ATHANASIVS Epiſcopus Alexandrinus ſub Conſtantino Magno florere cœpit, & ſub Valente Imperat. anno Dom 370. migrauit ad Deum, teſte ſancto Hieronymo libro de Script. Eccleſiaſt. Opera eius tv. diſtinctis Tomis continentur. Hic extant duæ ipſius Epiſtolæ ad Luciferum Co-epiſcopum & Confeſſorem, tomo 9. col. 1113. & 1114. item, exemplum Epiſtolæ eiuſdem Athanaſii de Græco in Latinum tranſlatæ, tomo cit. col 1117. c. Operâ Ioan. Tilii Epiſc. Meldenſis. Extant adhuc expoſitiones duæ de Incarnatione Verbi Dei, ſub nomine B. Athanaſij Alexand. Franciſco Turriano interpr. tomo 11. pag. 329. Verum falsò huic Patri aſcribuntur vt optimè oſtenditur, ead. pag. in fronte illarummet Ecthesium.

FLORENTIVS Magiſter Officiorum, vixit Sæculo quarto tempore Luciferi Calaritani, ad quem ſcripſit Epiſtolam, quæ habetur tomo 9. col. 1113. a. Operâ eiuſdem Tilii Epiſcopi Meldenſis.

S. HIERONYMVS Presbyter & Eccleſiæ Doctor, floruit anno XIV. Theodoſii, vt ipſe teſtatur in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. extremo. Obiit Honorio imperante, anno Dom. 422. ætatis ſuæ 91. ex Chronico ſancti Proſperi, vel anno Dom 450. ætatis 78. ex annal. Card. Baron. vt refert etiam Bellarm libro de Script. Eccleſ. in S. Hieron. Ex eius Operibus hîc excerptas quaſdam Epiſtolas poſuimus, quas ſcripſit ad Theophylum Alexandr. vrbis Epiſcopum. I. extat tomo 3. col. 81. II. tomo eodem, col. 114. III. & IV. col. 115.

AD SAECVLVM QVINTVM.

LVCIDVS Presbyter, olim vnus ex Prædeſtinianis Hæreticis, qui à Fauſto Regienſi caſtigatus in viam rediit: floruit Sæculo V. & multa ſcripſit; hîc extat eius Epiſtola in quâ Errores ſuoa præteritos reuocat, tomo 4. col. 695.

ELENCHVS

ALIQVOT OPERVM, ANONYMORVM, ET AVTHORVM QVORVM ÆTAS INCERTA.

OPERA.

Sequentes Liturgias vetuſtiſſimas eſſe & antiquissimas nemo dubitat, ſed de earum ætate controuertitur.

MISSA quâ Æthiopes communiter vtuntur, quæ etiam Canon vniuerſalis dicitur: extat to. 6. col. 41. item Ordo Benedictionis Puerperæ, ſecundum vſum Æthiopum, tomo eod. col. 56. Ordo Baptiſmi ſecundum vſum Æthiopum, col. 57. Ordo Myſteriorum, ſiue, adminiſtrationis Sacramenti Confirmationis, col. 72.

MISSA qua vtebantur antiqui Chriſtiani Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales, emendata & ab erroribus blaſphemiiſque Neſtorianorum expurgata ab illuſtriſs. & Reuerend. D. Alexio Meneſio Archiepiſ. Goano, Indiæ Primate, in Synodo Diœceſ. Angamallæ, an. 1599. è Syriaco in Latinum Sermonem conuerſa & exſcripta ex itinerario Luſitanico, &c. tomo 6. col. 131.

ORATIONES Miſſales deuotiſſimæ ex vetuſtiſſimo MS. Gothico Miſſali, tomo eod. col. 155.

MVZARABES, hoc eſt, Chriſtiani mixti Arabibus, & qui intereà dûm Hiſpaniam Tyrannide ſua modis omnibus diuexarēt & dilacerarēt Sarraceni & Iudæi, variis in Hiſpaniæ Ciuitatibus patriæ dulcedine pellecti habitauerunt tributarii & vectigales, eáque lege permiſſi in inſtituto & Religione Chriſtiana viuere, & Eccleſiaſticis vti cæremoniis vſque ad Almohadûm Arabûm in Hiſpaniam aduentum. Hi enim, nullos omninò Chriſtianos ſecum habitare patiebantur, ſed cogebant omninò ad impietatem & Chriſti abnegationem, aut crudeli Martyrio enecabant: venerunt autem in Hiſpaniam temporibus Regis Alfonſi 7. Vatæus, 1. Tomo Chron. Hiſpaniæ, ad Ann. Chr. 717. At Ritus eorum Sacri longe ſunt Antiquiores.

MISSA Mozarabum à D. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo, peculiariter in Hiſpaniis vſitata, tomo ſexto, col. 103. vide quæ ibidem prænotauimus.

ORDO Diuini Officii Gothici Muzarabum, excerptus & in Latinum Sermonem conuerſus ex Hiſpanico libro de vita & rebus geſtis Franciſci Ximenis Ciſnerij S.R.E. Cardin. & Archiep. Toletani, ſcriptus ab Eugenio Robleſio Parocho Toletanæ Eccleſiæ, quem ex ſua Biblioth. nobis deprompſit Reuerend. D. Renatus Poterius Epiſcopus Bellouacenſis, & Par Franciæ, tom. 6. col. 15.

MISSA eadem Muzarabum magis antiqua, cum precibus Veſpertinis Feſti alicuius quod proprium habet Officium. Vt facilius tota res eluceſcat, id oſtenditur in Feſto ſancti Iacobi Hiſpaniarum Patroni, tomo eodem, col. 121.

LITVRGIÆ S. Baſilii Magni, S. Gregorii Theologi, & S. Cyrilli Alexand. ex Arabico conuerſæ à Victorio Scialach Accurenſi è Monte Libano, extant tomo 6. col. 75. Has porrò Liturgias incertæ eſſe ætatis diximus quia Bellarmin. & alii multi, qui eorum Patrum ſcripta enumerauerunt, eas inter illorum Opera non recenſuerunt.

Græcorum Officium de Myſteriis ante Conſecratis ſanctæ Quadrageſimæ, Græcè & Latinè, tomo 12. col. 329.

Item Diuinæ Myſteriorum ante Conſecratorum Liturgiæ declaratio, tomo eod. col. 332.

S. Myſteriorum ante Conſecratorum Liturgia, interpr. G. Genebrardo Theol. Pariſ. diuinarum Hebraicarum litter. Profeſſ. Regio, tomo eod. col. 335. huic Liturgiæ ſubiungitur eiuſdem Genebrardi Latina Epiſtola, col. 345. Habentur etiam Ritus Græcorum, tomo cit. col. 346.

Sequuntur peculiares aliquæ Liturgiæ.

De iis qui dormierunt, tomo 12. pag. 347.

De Sanctis, & de Pontificibus, ibidem, pag. 348.

De Feſtis Sanctiſſ. Dom. noſtræ Dei-paræ ſemperque Virginis Mariæ, ibidem, pag. 349.

De Martyribus, ibidem, pag. 350.

Variæ Dominicæ ad Miſſam *Beatitudines*, ibidem, pag. 351. & ſeqq.

Moduli qui pro Mortuis canuntur ex horologio Græcorum, ibidem, pag. 356.

Canon ſupplex qui de ſuperis Poteſtatibus Angelicis, omnibus Sanctis canitur Latinè tantum, extat tomo eod. pag. 357. a 1. Atque hæc omnia interpret. Genebrard. Theol. Pariſienſi.

ANONYMI.

ANONYMI Authoris de Lirinenſis Monaſterii excidio Fragmentum, cuius initio adiectum eſt breue de illius Hiſtoriæ temporibus Scholion, per M. D. L. B. tomo 7. col. 623.

AVTHORIS incerti & Anonymi de Laudibus Domini Carmen, tomo 8. pag. 842.

ANONYMI Poëtæ de Bebiani baptiſmo, & vxoris Apræ obitu, tomo eodem, pag. 846. e

ANONYMI Poema de Moſis Cantico, tomo eodem, pag. 847. e

De Natiuitate Chriſti, tomo eodem, pag. 848. a 1

De die Paſchatis, ibidem. c 1. De die Aſcenſionis, ibidem. b 2.

AVTHORES.

THEODORVS Hagiopolitanus, quem vixiſſe poſt Sæculum IV. certum eſt, quia cum quodam Neſtoriano diſputat ſed quo ab hinc tempore incertum, ſcripſit Diſputationes tres per interrogationes & reſponſiones, I de nomine Dei. II de Deo, & Deitate III Cum Neſtoriano. Extant ex interpret. Franciſci Turriani Societatis IESV. to. 4. par. 2. col. 1140. item, Græcè & Latinè hæ Diſputationes habentur inter Opera Theodori Abucaræ, cui ab aliquibus tribuuntur, eodem interprete, tomo 11. pag. 421.

D. SEVERINI Epiſcopi Doctrina ex Biblioth. Regis Chriſtianiſſ. & Monaſterii Theologienſis & ex editione Pariſienſi Pithoei extat tomo 15. pag. 824. e 1.

S. P. N. EVSEBIVS Epiſcopus præter alia ſcripſit Orationem de commemoratione ſanctorum, Carolo Fabiano interprete, ex editione Thom. Gallei, tomo eodem pag. 826. e 1.

EVTROPIVS Abbas ſcripſit Epiſtolam ad Petrum Papam, quæ extat ex eiuſdem Thom. Gallei editione, tomo citato, pag. 831. c 1.

S. PORCARIVS Abbas, ſcripſit Epiſtolam quæ habetur, tomo 15. pag. 832. c 2. Ni fallimur, ille eſt Abbas Monaſterii Lirinenſis, Martyr cum 500. aliis Monachis Lirin. ſub Genſerico Rege Wandalorum, de quo mentionem facit Author Hiſtoriæ S. Honorati Arelat. lib. 5. cap. 24. & cuius narratur Viſio præmunitiua futuri Martyrii, huius Biblioth. tomo 7. col. 623. b. c. Feſtumque eius & ſociorum celebratur in Eccleſia prid. Id. Auguſt. quapropter eius ætas incerta eſſe non videtur, ſed quia inter Authores incertæ ætatis habetur, tum in tomo 15. pag. cit. tum in editione Colonienſi Biblioth. Patr. eum inter huiuſmodi Authores, nos antiquitatis ſeruandæ Religioſiſſ. reliquimus.

S. SEDATVS Epiſcopus, incertæ ætatis compoſuit Homiliam de Epiphania Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, tomo 15. pag. 833. b 2.

PAVLVS Diaconus compoſuit Homiliam ſuper Parabola Regis volentis rationem poſcere de ſeruis ſuis: *Simile eſt Regnum Cœlorum Homini Regi, &c.* Extat ex editione eiuſdem Gallei, tomo eodem, pag. 834. d 1.

MEROBAVDES Hiſpanus Scholaſticus de Chriſto Carmen edidit, tomo 8. pag. 842. c

THEODOTVS incertæ ætatis Author Fragmentum Scripſit Græcè & Latinè, tomo 14. pag. 160 collectum ex libro 9. cap 4 Euſebii Pamphyl. Euangelicæ Præparationis.

IOANNES Geometra, multa ſcripſit in Laudem B. Virginis. Extant huius Biblioth. tomo 14. pag. 439. ſub eius nomine Hymni v. in B. Virginem Dei-param, Græcè & Latinè, è codice Regio pridem excerpti editique à Fed. Morello Profeſſ. & Interpr. Regio. v. tamen Hymnus eſt Authoris incerti conditus ex puris epithetis veterum Hymnorum more: In quo etiam litterarum ordo carminum & dictionum principiis obſeruatur. Pagina verò 447. extat Fed. Morelli Metaphraſis Græca. Pag. 448. extat eiuſdem Ioan. Geometræ Paradiſus Tetraſtichorum moralium & piorum, eodem Interprete Fed. Morello.

NICEPHORI Confeſſoris Canones extant tomo 6. col. 423.

Finis Elenchi, ſiue Indicis Chronologici Authorum & Opuſculorum magnæ Bibliothecæ Patrum.

INDEX
ALPHABETICVS.

AVTHORVM ET OPVSCVLORVM OMNIVM QVÆ, in XVI. Magnæ Veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum Bibliothecæ Tomis, continentur. In quo ſimplici quidem Aſteriſco * ad marginem notantur Authores & Opuſcula, quorum in Colonienſi, huius Bibliothecæ editione textus Græcus deſideratur; duplici verò ** ea quorum in eadem editione nec Græcus nec Latinus Textus habetur, ſiue ſint Latinè tantùm, ſiue Græcè & Latinè edita: Cruce † autem ea indigitantur, quæ in omnibus prioribus eiuſdem Bibliothecæ Pariſienſibus editionibus deſunt, & in hac noſtra primùm acceſſerunt.

Huic indici adjuncta ſunt nonnulla ad majorem dignitatis & ætatis Authorum elucidationem.

A

ADELMVS, ſiue Adelmannus, ex Scholaſtico Leodienſi Epiſcop. Brixienſis, qui aliquandò Berengario Diacono Andegauenſi Comes fuerat & condiſcipulus ſub Diſciplina ſancti Fulberti, ſcripſit de Veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia Epiſtolam ad eundem Berengarium, quem dilectum ſuum & conſcholaſticum appellat. Extat tomo 3. col. 167. Porrò Sigebertus eum appellat Adelmannum Grammaticum, ex Clero Leodienſi, Epiſcopum Brixienſem: Scripſiſſe verò, ait, ſuper eadem re (ſcilicet, de Hæreſi Berengarij) ad Paulum Primiccrium Metenſem, libri de Viris Illuſtribus capite 154. Claruit Sæculo XI. circa medium.

S. ADO Viennenſis Archiep. qui floruit Sæculo IX. Anno Chr. 879. Scripſit Chronicorum Breuiarium de ſex ætatibus Mundi, vſque ad ann. Dom. 879. ſiue vſque ad natum, ex Carolo Simplice, & Eagina filia Regis Anglorũ, Ludouicum Francorum Regem XXVIII. Extat to. 7. col. 297. Huic Adoni tribuunt aliqui Martyrol. egregium quod habetur ad finem VII. Tomi Vitarum Surij; at non deſunt, qui ambigant & tribuant Adoni Treuirenſi, qui floruit Sæculo XI. Adi Bellar. in libro de Script. Eccleſiaſt. ſatis dilucidè eâ de re diſputantem IN ADONE TREVIRENSI.

ÆNEAS Gazæus, ex Platonico Philoſophus Chriſtianus, qui vt ex ſcriptis eius colligitur, vixit Sæcol. V. circa tempora Zenonis Imperatoris, ſcripſit * Dialogum de Animarum Immortalitate & Corporum Reſurrectione, quem vocauit THEOPHRASTVM; extat Ambroſio Camaldulenſi interprete Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 617. vidiſſe ſe elingues, illa tyrannide qua magna Lybia tum premebatur, Sacerdotes loquentes, & miratum vocem adeò articulatam eſſe poſſe ipſemet teſtatur ad finem libri ſui, hoc autem contigiſſe, Imper. dicto Zenone, notum eſt ex Victore Vticenſi in lib. de perſecutione wandalica. *

AGAPETVS quidam magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus floruit ſæculo VI. diuerſus (vt puto) ab Agapeto P. M. qui vixit circa annum 536 * Ad Iuſtinianum Imperatorem iam *
coronatum Parææneticam habuit Orationem, vt teſtatur illius titulus, ſiue expoſitionem Capitum admonitoriorum (quam Græci ſchedam regiam appellant, qua eum admonet quomodo ſe in im-

perio gerere debeat, extat Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 607. d

AGNELLVS Epiſcopus Rauennatenſis, ſcripſit Epiſtolam ad Armenium, de ratione Fidei, quæ extat tomo 3. col. 147. Hunc Authorem V. Sæculo cum Coccio poſuimus.

AGOBARDVS Epiſcopus Lugdunenſis, vixit ſæcul IX. circa annum Dom. 835. tempore Ludouici Pij Imperat. ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ ex ant tomo 9. col. 1161. & ſeqq. ex edit. Papirij Maſſonij Luteriæ Anno 1605. primùm in lucem data, quam tamen iuxta expurg. Indicem Hiſpanic. nouiſſimum recognouimus. Scripſit præter illa quoque de Tranſlatione Reliquiarum ſancti Cypriani Carmen, quod quia cum operibus ſancti Cypriani impreſſum eſt, hic omiſimus.

S. ALCIMVS Auitus Archiepiſcopus Viennenſis vir nobiliſſimus, ſanctiſſimus, & doctiſſimus; floruit temporib. Hormiſdæ P. M. à quo Vicarius in Gallijs conſtitutus eſt, vt conſtat ex epiſtola Hormiſdæ ad ipſum: ſcripſit multa, vt docent Gregorius Turonicus lib. 2. cap. 34. & Ado Viennenſis in Chronico, ex quibus nunc ſolum extant carmine libri v. in Geneſin & Exodum, tom. 8. pag. 596. Eiuſdem de conſolatoria caſtitatis laude ad Fuſcinam ſororem Poëma, ibidem, pag. 618.

Domini ALEXII Comneni Græcorum & Conſtantinopoleos Imperatoris, de Donariis & Rebus Sacris non auferendis per Principes & Imperatores Reſcriptum, ſiue Oratio, quam AVREAM BVLLAM appellauit, tomo 3. col. 174. Vixit (Sæculo XI. & XII. annos LXX. regnauit autem XVII. menſibus IV. & aliquot diebus) Ac poſtremò obiit Anno mundi 4626. vt ſcribit Zonaras Annal. tomo 3. proinde apparet ab illo editum hoc Reſcriptum, Imperij anno 2. vt ibidem notatum eſt: extat inter Auctores ſæculi XII.

ALGERVS Scholaſticus Leodienſis, ac poſteà Monachus Cluniacenſis, floruit (vt refert Bellarm. in lib. de Script. Eccleſiaſticis) Sæcul. XII. circa annum Dom. 1130 ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant tomo 6. col. 271 & ſeqq. de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini, libri 3. De Algero atque eius Operibus aliiſque Scriptorum monumentis ab eo relictis plura accipe ex Trithemio in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, & libro 2. de Viris Illuſtrib. Ordinis ſancti Benedicti cap. 90. Item, ex Arnoldo vnione in Hiſtoria Benedictina, atque ex Apparatu ſacro Poſſeuini, nec-non Bellarmino loco ſuprà citato. At illum Typographi ineptè expreſſerunt, DIVVM, non enim aſcriptus eſt in Sanctorum Canonem, quod etiam nec ſemel, in hoc Opere, id flagitij admiſerunt. Iuuabit etiam obſeruare hunc Algerum lib. 2. cap. 1. non rectè ſcripſiſſe ſpecies Sacramentales non poſſe corrumpi vel rodi à muribus, &c. quod etiam notandum eſt in Guitmundo.

De ALMARIANORVM, ſeu Almaricianorum Hæreſibus & concrematione, breuis narratio. Sæcul. XIV. anno 1363 tomo 4. col. 945.

ALTHELMVS, vel vt alii legunt Adelhelmus, ſiue Adelmus, Occidentalium Saxonum, ſeu Schirreburgenſis in Britannia Epiſcopus, floruit Sæcul. VIII. Beda lib. 5. Hiſtoriæ cap. 19. dicit eum Epiſcopatum in Scotia iniſſe anno Domini 7[illegible]0. Scripſit diuerſa Opuſcula, quæ enumerant Trithemius, Poſſeuinus, & alii: ex quibus extat ad Hildilitham, Iuſtinam, & cæt. Virgines, de Laudibus Virginitatis, Epiſtola, ſiue Liber ab innumeris mendis, quibus ſcatebat in Editione prima, repurgatus, nec tamen ſublatis plurimis parum Latinis vocibus, quæ illi ſunt familiares, tomo tertio, col. 275. Sigebertus, libro de Viris Illuſtribus cap. 66. hunc Adelmum (vel vt alii Adhelmum) Abbatem Scotorum appellat: atque, præter alia quædam, ſcripſiſſe dictû lib. de Virginitate, geminato opere (exemplo Sedulii) ideſt, proſa & metro. Eundem (etiamſi Epiſcopum nominet) dicit cap. 133. eiuſdem Libri, expreſſiſſe rerum qualitates. Libro Ænigmatum in mille Verſibus: quem vtrumque Adhelmi librum (Poëticum videlicet, de Virginitate, & alterum, Ænigmatum:) Manuſcr. vidi in Bibliotheca V. C. Briſſonii Pariſ. Senatus Præſidis. ſcripſit etiam de Paſchatis die contra errores Britonum, teſte Beda. Epiſtolæ ſuæ, ſiue libri cap. 7 citat Librum triceſimum Moralium Gregorii, Sedis Apoſtolicæ Præſulis, *à quo rudimenta Fidei, & baptiſma,* inquit, *ſuſcepimus;* & cap. 22. *S. Agathæ rumores, & Luciæ praconia* inquit, *Præceptor & Pædagogus noſter Gregorius, in Canone quotidiano pariter copulaſſe cognoſcitur, &c.* eius vita habetur apud Surium die 28. Maij.

ALVINVS, Alcuinus, ſiue Albinus Flaccus, Anglus, cognomento Diaconus, Bedæ Diſcipulus & Præceptor Caroli Magni; quo regnante Abbas fuit ſancti Martini Turonenſis, claruit ſæculo VIII. anno 780. & obiit, teſte Bellar. in lib. de ſcriptor. Eccleſ. anno 804. Scripſit multa quæ enumerat idem Bellarm. ex quibus hîc habemus librum de Diuinis Officiis, ſeu Ordinis Romani expoſitionem tomo decimo, col. 225 & ſeqq. Plura de eodem Albino collegit Melchior Hiſtorpius ex Trithemio, Sixto Senenſi, & aliis, quæ extant in titulo, ALBINVS, initio tomi eiuſdem.

AMALARIVS Fortunatus Germanus, Lexouienſis Monachus, & S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Treuirenſis, Alcuini Diſcipulus, legatus à Carolo Magno Conſtantinopolim miſſus, floruit & temporibus Gregorii IV. Pontif. & Ludouici Pii Imperatoris, ſæcul. IX. ſcripſit de Eccleſiaſticis Officiis Libros 4. OFFICIALES dictos ad eundem Ludouicum Auguſt. tomo 10. col. 305. Eiuſdem, de Ordine Antiphonarii liber in quo ſe miſſum fuiſſe teſtatur ab eod. Ludouico ad

eundem Gregorium P. M. extat tomo eodem, col. 503.
S. AMBROSIVS Mediolanenſis Epiſcopus vir planè Sanctiſſimus, & doctiſſimus, Gratiano &
Theodoſio Imperatoribus floruit. Obiit anno III. poſt exceſſum Theodoſii, qui erat CCCXCVII. ab **
aduentu Saluatoris ita habet Bellarm. Libro de Scriptorib. Eccleſiaſ. ex Cardin. Baronio. ſcripſit
multa, quæ etiam enumerat idem Bellarminus ibidem, & alii: hîc extant diſticha quæ in eius Baſi-
lica deſcripta ſunt, tomo octauo, col. 941.
AMMONIVS non ille, qui ne à Theophilo eligeretur Epiſcopus, aurem ſuam præſcidit, ne-
que Presbyter ille Alexandrinus, quem vnà cum Petro Alexandrino Martyrium ſubiiſſe ſcribit
Euſeb. libro 8. cap. 25. ſed alius quidam vir, vt ait Hieronymus, diſertus & valde eruditus in Philo-
ſophia, quique Alexandriæ clarus habitus eſt. Scripſit Canones Euangelicos, quos Baron. anno
Chriſti 174. putat eſſe illos, qui ſub nomine Tatiani poſiti ſunt Sæcul. II. Harmoniam autem Euan-
gelicam, quam nos ita vt inuenimus, ſub nomine Ammonii poſuimus, tomo 7. col 73. Otthoma-
ro Luſcinio interprete, putat idem author eſſe Tatiani. Clauit Ammonius Sæculo III. ſub Ale-
xandro Mammeæ, anno Chriſti 220.
AMOENVS Poeta dicitur author Enchiridii vtriuſque Teſtamenti Prudentio adſcripti.
Habes hoc Enchiridion inter Opera Prudentij, præter pauca admodum vnà cum Præfatione, to-
mo 8. pag. 559. & extra Opera Aurelij Prudentij, ſine Præfatione, tomo eodem, col. 702. Vnde vi-
des incertum eſſe huius Operis Authorem, extat etiam eiuſdem Amœni Acroſtichis in Leontium,
Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum, tomo eodem, pag. 705. Hunc authorem V. Sæculo cum Coe-
cio poſuimus.
AMPHILOCHIVS Iconii Epiſcopus, S. Gregorij æqualis vixit, vt vult Bellarm. libro de
Scriptor. Eccleſiaſt. Sæcul. IV. circa annum Domini 380. Hunc commendat B. Hieronym. tum
in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. tum in Epiſtola 84. Scripſit Homilias non paucas, & alia quædam,
vt patet ex Theodoreto & Hieronymo, ex quibus nunc extant Latinè edita, † Carmen ad Seleu- †
cum, quinam Scripturæ libri ſint legendi, tomo 15. pag. 624. † Narratio quædam de muliere, quæ
peccata ſua in charta conſcripſerat, & pro veniâ ad Baſilium & Epiphanium recurrerat, habetur ex
editione D. Gerardi Voſſij, pag. 625. * Homilia de Occurſu Dom. noſtri IESV CHRISTI, & de *
Dei-para, & de Simeone Græcè & Latinè, tomo 13 pag. 837. † Homilia in diem ſanctum Sabba- †
thi, tomo 15 pag. 626. Fertur & ſub eius nomine vita Baſilij, quam, quia edita eſt à Roſweido in
Vitis Patrum, hîc omiſimus.
ANASTASIVS abbas, diuerſus ab Anaſtaſio Sinaita, quem Henricus Caniſius ſuſpicatur
illum eſſe, cuius meminit Damaſcenus initio libri de Triſagio, & Baronius anno Chriſti 749. ſcri-
pſit librum contra Iudæos, qui ab Henrico Caniſio editus, extat tomo 4. parte 2. col. 1073. Exiſti-
matur Sæculo octauo vixiſſe.
ANASTASIVS Epiſcopus Antiochenus, ſeu quod idem eſt, Theopolitanus Patriarcha, &
Martyr, Anaſtaſij Sinaïtæ ſucceſſor in eodem Epiſcopatu, de quo multa Baronius tomo 8. Annal.
Floruit Sæculo ſexto, & ſub initium ſeptimi, extat tamen in Indice Chronologico inter Authores
Sæculi ſexti, ſub finem. Scripſit † Compendiariam Orthodoxæ Fidei inſtitutionem, quæ ſub no- †
mine Athanaſij, & Cyrilli, extat tomo 15. pagina 677. c. 1. Scripſit etiam Profeſſionem ſuæ Fi-
dei ad Gregorium Magnum, vt patet ex Gregor. lib. 7. Epiſtol. epiſt. 48. Indict. 2. Romanæ edi-
tionis, ſed ea non extat. Eundem, librum Paſtoralis Gregorii in Græcam linguam tranſtuliſſe, te-
ſtis eſt Baron. anno Chriſti 602. Martyrio affectus eſt, & excarnificatus à Iudæis, anno VII. Impe-
rii Phocæ, anno verò Chriſti 609. vide ibi Annal. Baron. num. 3.
ANASTASIVS Bibliothecarius & abbas Romanus, Vir Doctus Græcè & Latinè, floruit Sæ- **
culo nono, circa annum Dom. 858. vt ſcribit, inter cæteros, Bellarm. in libro de Scriptor. Eccleſ.
Multa ſcripſit, extat hîc ex eius Eccleſiaſtica Hiſtoria Excerptum, tomo 12. pag. 533. quod inſcribi-
tur: *Anaſtaſ. Biblioth. Sarac. Euth. Mahometica.*
ANDREAS Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, B. Baſilii ſucceſſor, floruit Sæculo quarto, cir-
ca annum Dom. 390. quamquam non ſit omninò certum, inquit Bellarm. lib. de Script. Eccleſiaſt.
Scripſit Commentarium in ſancti Ioannis Euangel. Apocalypſim, quem habes vnà cum Theodori
Peltani adſcriptis ad marg. ſummariolis, tomo 1. col. 1529.
ANDREAS Hieroſolymitanus, Cretenſis Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, non Hieroſolymi-
tanus, vt putauit Sixtus Senenſis, ſcripſit * Sermonem in Salutationem Dei-Paræ, Marco Hoppe- *
ro interprete qui extat tomo 12. pag. 674. † Orationes duas in Exaltationem ſanctæ Crucis, quæ †
extant tomo 15. prima pag. 686. ſecunda 688. floruit Sæculo ſexto, vt vult Caniſius anno 550. &
Coccius 570 Habentur quamplures eiuſdem Authoris Sermones in vitis Sanctorum, ex Simeone
Metaphraſte, & Aloyſio, per R. P. D. Surium collecti.
ANONYMVS Author, Præfationis in ſancti Dorothei doctrinas quas inuenit, ſcripſit * Epi- *
ſtolam ad Fratrem, qui petebat ſibi mitti doctrinas inuentas ſancti Patris Dorothei. In qua Epiſto-
la continetur laus Dorothei & narratio vitæ Doſithei, Diſcipuli ipſius Dorothei, quæ extat Græcè

& Latinè, tomo 11. pag. 745. Porrò ille vixit Sæculo octauo, cum eſſet Tharaſius Patriarcha Con-
ſtantin pol. vt apparet ex eò quòd in illa ſua Præfatione: *A Marco, Eſaia, Barſanaphio, & Doro-
theo. Acephalis, ait, longè diuerſiſſimi ſunt hi, quos non ſolum a Patriarcha Tharaſio, (qui hoc tempore ſum-
mo Sacerdotio præeſt) traditos amplector, &c*

** ANONYMI Authoris de Lirinenſis Monaſterii excidio Fragmentum, cuius initio adiectum
eſt breue de illius Hiſtoriç temporibus Scholion, per M.D.L.B. tomo 7. col. 623.

AVTHORIS incerti & Anonymi de Laudibus Domini Carmen, tomo 8. pag. 842.

ANONYMI Poëtæ de Bebiani baptiſmo, & vxotis Apræ obitu, tomo eodem, pag. 846. e

ANONYMI Poema de Moſis Cantico, tomo eodem, pag. 847. e

De Natiuitate Chriſti, tomo eodem, pag. 848. a 1

De die Paſchatis, ibidem. e 1. De die Aſcenſionis, ibidem. b 2.

Hi omnes Authores Anonymi extant in Appendice ad indicem Chronolog. ſuprà, quia ſunt
incertæ ætatis & tamen antiquæ.

S ANSELMVS Mantuanus, Epiſcopus Lucenſis ab Alexandro ſecundo creatus; ac deinde
cum in Monaſterium ſe abdidiſſet, à Gregorio ſeptimo ad Epiſcopatum reuocatus; floruit XI. Sæ-
† culo; ſcripſit † contra Guibertum, alii. wibertum Antipapam, & ſequaces eius, pro defenſione
eiuſdem Gregorii ſeptimi legitimi Pontiſ. Romani, libros duos qui extant ex Biblioth. Eccleſiæ
Cathedralis Ratisbunenſis operâ Henrici Caniſii, tomo 15. pag. 724. vbi & vide quæ de illo præ-
notata ſunt ab eodem, excerpta ex Trithemio de Scriptor. Eccleſiaſt. ex Sixto Senenſi libro 4. Bi-
bliothecæ, abbate Veſpergenſi in Chronico. Denique ex Bellarm. libro de Scriptorib. Eccleſiaſt.
qui refert illum anno Dom. 1086. obiiſſe, & eximia ſanctitate innumeriſq; miraculis poſt mortem
† floruiſſe. Vide Annal. Baron. ad annum 1086. tomo 11. Habentur tomo eodem, pag. 776. † Col-
lectanea quædam ex variis Authoribus ipſi adſcripta, quibus demonſtrare ſtudet Eccleſiæ faculta-
te, non eſſe in Poteſtate Regis aut Cæſaris.

S. ANTIOCHVS primum Monachus in Laura, deinde Abbas in Monaſterio Sancti Sabç,
de quo multa Baronius tomo 8. Annal. vixit ſæcul. VII. circa annum Dom. 630. tempore Heraclii
* Imperatoris vt refert Bellarm. lib. de ſcriptorib. Eccleſiaſt. Scripſit * Homilias CXXX. ſiue Pan-
dectes Scripturæ Diuinæ ad Euſtathium Præpoſitum, Godefrido Tilmanno Carthuſiæ Pariſienſis
Monacho interpr. quæ extant Græce & Latine; to. 12. pag. 5. & Exomologeſin quæ extat pag. 235.
*In eâ fortitudinem noſtram, decus & ornamentum ſalutis inquam (ait) noſtræ ſpem, nempe Crucem Chriſti tra-
didiſti ſideles aduerſariis, &c* quod eodem Heraclio Imperante accidiſſe eſt manifeſtum.

ANTONIVS, ſiue Antoninus Epiſcopus Cõſtantienſis, vel Conſtantinenſis, qui extat inter Au-
thores ſæcul. V. ſcripſit Epiſtolam Conſolatoriam ad Arcadium quendam à Genſerico Gothorum
Rege in exilium actum, tomo 3. col. 135.

S. ANTONIVS meritò Magnus Abbas ſanctiſſimus, imper. Conſtantino floruit ſæcul. IV. cir-
ca annum Dom. 330. Scripſit Epiſtolas ſeptem, ad Arſenoitas fratres ſuos lingua Ægyptiacâ; ſed ſen-
ſu & ſpiritu Apoſtolico, teſte Hieronymo in lib. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis. Extant Interprete
Valerio Sartaſio, adiecto, vice præfationis, fragmento ex Epiſtola dedicatoria, tomo tertio col.
58.

APOLLINARIVS Laodicenus Epiſcopus floruit ſæculo IV. à tempore Cõſtantii Imperatoris,
vſque ad Theodoſium ſeniorem, teſte Bellarm. in libr. de ſcriptor. Eccleſ. ſcripſit penè innume-
rabilia, vt teſtatur S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & S. Baſilius epiſtola 72.
* ex quibus nunc ſolùm extat ex editione Pariſienſi * Metaphraſis in Pſalm. verſu heroico, Græcè &
Latinè, tomo 14. pag. 163.

APONIVS quidam vir doctus, vt ait Bellarm. libro de Script. Eccleſiaſt. floruiſſe dicitur ſæcul.
IX. circa annum Dom. 812. Scripſit in Cantica Canticorum Commentarium in ſex libros diſtin-
ctum, tomo 1. col. 265. ex quo Summariola collegit Lucas abbas ſancti Cornelii, quæ extant tomo
eodem, col. 327. & in eadem Compendioſa Scholia Vdaltici Regis, ibidem, de quibus duobus
vltimis agitur alibi ſuis in locis.

SS. Anachoretarum Ægyptiorum APOPHTEGMATA Lib. 18. comprehenſa (vt putant nõ-
nulli) B. Hieronymo, vel vt alii verius, Pelagio D. S. R. E. Diacono, interprete: exſcripta pri-
** mùm ex venerandæ vetuſtatis M. S. Codicibus, religioſiſſimæ Carthuſiæ montis Dei, tomo 9. col.
700. De eorumdem SS. Patrum vita & doctrina, lib. 4. D. Ioanne, S. R. E. Subdiacono, interpre-
te, tomo 9. col. 801. Quæ omnia poſuimus ſæculo IV. inter opera Euagrii Pontici propter rationem
ibi allatam. Horum Opuſculorum & interpretum, abundè meminit Sigeb. libro de Viris illuſtrib.
cap. 116. & 117. & huc fortè pertinent plurimæ ſanctorum Ægyptiorum Patrum interrogationes
& reſponſiones quas idem Sigeb. ait Martinum Epiſcopum tranſtuliſſe per manus Paſchaſii Diaco-
ni, in Dumienſi Cœnobio, cap. 118. eiuſdem libri.

ARATOR ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, aut Diaconus Cardinalis, vixit ſæcul. VI.
temporibus Iuſtiniani Imperat. ſcripſit Carmine Actus Apoſtolorum. Extat tomo 8. pag. 681. hoc

opus in duos Libros diſtinctum, & Vigilio P. M. dicatum: quod eo etiam inuente publicè recitauit. Quinimo Pontificarum Eccleſiæ Catholicæ, ad Annum Dom. 537. miſſe dicitur; quamquam hoc ſit controuerſum.

ARISTEAS qui putatur vixiſſe regnante apud Ægyptios Ptolemeo Philadelpho circa annum mundi 3699. vnde longè anterior eſt ſæculo I. in quo tamen eum, vitandæ confuſionis titulorum gratia poſuimus in noſtro indice Chronol. Scripſit * de Septuaginta duobus, Scripturæ Sacræ Interpretibus ad Philocratem fratrem, Hiſtoriam, quæ extat Græcè & Latinè, tomo 13. pag. 854.

ARNOBIVS Iunior, qui putatur ſtatim poſt tempora S. Leonis vixiſſe, ſæculo ſcilicet V. ſcripſit † Tractatum cui titulus eſt *conflictus Catholici cum Serapione, de Deo Trino & Vno, duabus in Chriſto ſubſtantiis in vnitate Perſonæ, Gratiæ, & Liberi-Arbitrii concordia*, in duos libros diſtributum, qui extat cum notis Feuardentii S. Theologiæ Doctoris, tomo 15. pag. 352. Huius etiam Arnobii putantur eſſe † Commentarii in Pſalmos, qui ſub nomine Arnobii ſenioris Afri, vetuſti pariter ac laudatiſſimi ſcriptoris circumferuntur. Habes illos ex emendatione R. L. de la Barre, tomo 15. pag 388. vel quia numerus eſt fallax 352. c 1. Item † Annotationes ad locos Euangeliſtarum, ex recognitione Andreæ Schotti, tomo 15. pag. 815.

ARNOBIVS ſenior ſub Diocletiano floruit; ſæcul. ſcilicet III. extant huius † ſeptem libri Diſputationum aduerſus Gentes ex emendatione & recognitionè Theodori Canteri Vltraiectini, tomo 15. pag. 1.

ARNOLDVS Carnotenſis, Abbas Bonæ-vallis, Vir admodum pius & Doctus floruit ſæcul. XII. fuit familiaris ſancti Bernardi, ad quem tanquam ad amicum ſcripſit: cuius vitam collegit; quæ habetur ad finem operum S. Bernardi, & poſt obitum eius floruit. Scripſit Sermonem de Laudibus Sanctæ & perpetuæ Virginis matris Chriſti Mariæ, tomo 1. col. 374. Item, Tractatus de ſeptem Verbis Domini in Cruce prolatis, qui cum Scholiis Franciſci Tuelmanni, & recognitione R. P. Andr. Schotti Societ. IESV, extant tomo eodem, col 379. Ernaldum Abbatem Bonæ-vallis, eum appellat Henricus de Gandauo in Catologo Scriptorum Eccleſiaſticorum capite 11. Maiorem notitiam de Arnoldo poteris accipere ex iis quæ ab eius ſcriptis excerpta initio Operum poſuimus loco citato.

ARNVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus, cuius crebra eſt mentio in hiſtoria S. Thomæ Cantuarienſis, floruit ſæcul. XII. anno Domini 1170. al. 1180. Scripſit Epiſtolas, Conciones & Epigrammata, quæ omnia ex Bibliotheca Odonis Turnebi Herbani F. ann. 1585. Pariſiis edita, extant tomo 3. col. 539.

ARTICVLI de Diuina Eſſentia, veritate, Angelis, & aliis Fidei capitibus damnati, per R. P. D. Fulconem Epiſcopum Pariſienſem & Theologiæ Magiſtros Regentes Pariſiis, ſæcul. XIV. anno Domini 1340. in Octaua Epiphaniæ, tomo 4. col. 931.

'Articuli Reuocati Pariſiis in Domo Prædicatorum, per F. IOANNEM GVIONIS, ſiue Guidonis Minoritam Sæcul. XIV. anno Domini 1318. tomo 4. col. 929.

S. ASTERIVS non ille Arianæ ſectæ Epiſcopus, cuius meminit Hieronym. in Catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Theodoretus in Philotheo, cap. 2. ſed alius quidam Amaſeæ vrbis Epiſcopus, qui vnà cum Acacio legatione functus eſt ad ſanctum Iulianum, cognomento Saban, teſte Theodoreto, loco citato, vixit Sæculo IV. poſt medium & circa initium ſæculi ſequentis, temporibus Iuliani Apoſtatæ, & ſucceſſorum eius, vt patet ex Homil. 3. paulò vltra medium, vbi de iis qui tempore Iuliani fidem negauerunt ita ſcribit: *Et hæc quidem antiquorum exempla temporum memoriæ ſeruauit. Sunt etiamnum recentia ac noſtræ ætatis: cum enim imperator ille*, &c. Ex āt huius * Homiliæ Græcè & Latinè, ex interpr. Phil. Rubeni I. C. Antuerp. tomo 13. pag. 561. Refertur ipſe Aſterius in appendice indicis Chronol. ad Sæcul. IV.

S. ATHANASIVS Epiſcopus Alexandrinus Sæcul. IV. (vt videre eſt in Appendice Indicis Chronolog. in titulo AD SÆCVL. IV.) ſub Conſtantino Magno florere cœpit, & ſub Valente Imperat. anno Domini 370. migrauit ad Deum, teſte ſancto Hieronymo libro de Scriptor. Eccleſiaſt. Opera eius ſeparatim IV. diſtinctis Tomis continentur. Hic extant duæ ipſius Epiſtolæ ad Luciferum Co-epiſcopum & Confeſſorem, tomo 9. col. 1113. & 1114. item, exemplum Epiſtolæ eiuſdem Athanaſii de Græco in Latinum tranſlatæ, tomo citato, col. 1117. c. Operâ Ioann. Tilii Epiſcopi Meldenſis. Extant adhuc Expoſitiones duæ de Incarnatione Verbi Dei, ſub nomine Beati Athanaſii Alexandrini, Franciſco Turiano interprete, tomo vndecimo pagina 329. Verum falsò huic Patri aſcribuntur vt optimè oſtenditur, eadem pagina in fronte illarum met Ecthesium.

ATHANASIVS Conſtantinopolitanus Patriarcha, floruit iuxta Coccium Sæculo XIII. ſcripſit Epiſtolas octo de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia, tomo 3. col. 141. Quartum iàm annum Athanaſius eo Sacerdotio fungebatur, cum ab Andronico truſus eſt in carcerem Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator. De eodem Athanaſio Conſtantinopolit. plura colliges ex teſtimonio Niceph. Gregoræ Hiſtor. Romanæ Libro 6. cap. 11. 12. & 13. quod appoſuimus in-

tio Epiſtolarum eius, tomo cit. Has porrò Epiſtolas Græcè ab eo ſcriptas fuiſſe, dubium non eſt, cùm earum argumentum expreſſerit iàm euidenter Gregoras, vt notauimus: quis verò interpres, Latinas fecerit, mihi non adhuc conſtat.

S. AVGVSTINVS Hipponenſis Epiſcopus, qui vixit Sæculo V. multa ſcripſit quæ ha-
** bentur in ipſius Tomis; ex quibus hic extat * Tractatus breuis de Trinitate, ex libro ſcilicet qui de cognitione veræ vitæ inſcribitur: in quo tanquam in Dialogo, Fratres interrogant, Magiſter reſ-
† pondet Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 540. Item, † Excepta de Arbitrii libertate, ex eiuſdem Auguſtini Libri de Natura & Gratia, cap. 20. & ſeqq. extant tomo 15. pag. 811.

AVRELIVS Prudentius vir Conſularis, & Poeta egregius, claruit Sæculo IV. ſub Theodoſio Seniore & filiis eius. Scripſit multa Carmine. Pſychomachiæ, id eſt, de pugna animi liber extat, tomo 8. pag 463. eiuſdem Cathemerinōn liber pag. 471. eiuſdem de Coronis liber pag. 488 eiuſdem de Diuinitate liber: eiuſdem de Origine peccati, pag. 531. Cōtra Symmachum libri duo, pag. 540. Addit Gennadius in lib. de Viris Illuſtrib. ſcriptum quoque fuiſſe ab eo Enchiridion veteris & noui Teſtamenti, & de Opere ſex dierum. Extat hic tomo citato, pag. 559. idem Enchiridion ſub eius Aurelii nomine. Subjunguntur col. 562. Scholia in omnia dicta Opera per Ioannem Sichardum. Item Commentarii Era. Rot. in Hymnum Prudentii de Natali Pueri IESV pag. 565. & in Hymnum de Epiphania IESV nati, pag. 572. a 2

B

BACHIARIVS, qui ſæculo V. tempore S. Auguſtini vixit, ſcripſit Epiſtolam de recipiendis lapſis ad Ianuarium, quæ extat tomo 3. col. 125. Appellat quidem hunc Gennad. in Catalogo, Baceiarium, quidam Bacharium, alij Bachiarium, Honorius vero Auguſto dunenſis, in libro de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 24. ex Gennadio Bacchianū appellat, ait q; ſcripſiſſe grata de fide Opuſcula. Eiuſdem Bacchiarij Sententiarum de fine Salomonis meminit Fulbertus Carnotenſis, Epiſtola LXIV. Exſcripſit vero nonnulla de eodem argumento, Epiſt. XCV. quæ habentur in Epiſtola Bacch. cit. ad Ianuarium.

BARLAAMVS de Seminaria Gyracenſis, vel verius Hieracenſis Epiſcopus Græcus: floruit Sæculo XIV. circa annum Dom. 1303. vt refert Cardin. Bellarm. in libro de ſcriptorib. Eccleſiaſt. ſcripſit Epiſtolas ad Græcos de Vnione cum Romana Eccleſia, & proceſſione Spiritus ſancti contra Græcos quæ ex Bibliotheca Sereniſſ. Maximil. Principis Bauariæ recognitæ, & per Henricum Caniſium editæ, extant tomo 3. col. 857. Eiuſdem Barlaami Ethica ſecundum Stoicos, ex pluribus eorundem Stoïcorum voluminibus compoſita & duas in partes diſtributa. Pars prima extat tomo eodem, col. 905. Altera, col. 915. Multa & quidem ſcitu digna de iſto Barlaamo diſputantur, initio eius Operum, tomo eodem, col. 857. citata.

D. BASILIVS Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, ſæculo IV. Valente & Valentiniano imppp. floruit & ſub Gratiano obiit, vt S. Hieronymus teſtatur in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. alij volunt eum obiiſſe ſub iiſdem Imperat. Valente & Valentiniano anno 379. vel 380. Kal. Ianuarij. Scripſit multa, ex quibus hic extat Homilia in Hexaëmeron Euſtatio interprete, tomo 1. col. 1467. Vbi vide quæ prænotata ſunt col. 1465. Item Eiuſdem Miſſa, ſeu, Liturgia ex vetuſtis codicibus Latinæ
** traductionis deſcripta, quæ è Græco textu expreſſa fuit tomo 6. col. 1. Eiuſdem Anaphora ex vetuſtiſſimo codice, Syriacâ Linguâ & charactere ſcripta, traducta eſt per Andræam Maſium Bruxellanum, tomo eodem, col. 13 Eiuſdem precatio, quâ ſolebat Operaturus ſactis vti apud Deum, tranſlata per eundem Maſ. col. 22. Alia eiuſdem Liturgia ex Arabico conuerſa à Victorio Scialacb Accurenſi Maronita è Monte Libano, tomo eod. col. 75. Adhuc alia eiuſdem * Liturgia habetur Græcè & Latinè, ex editione Guil. Morel. Cum interpretatione Gentiani Herueti Aurelianenſis, tomo 12. pag. 282.

BASILII Monachi & Presbyteri, & Præfecti Lauræ Maleini, qui extat inter Authores Sæculi
† XII. † Aſceticæ vitæ deſcriptio, tomo decimoquinto pag. 843. b 2

BELISARII Poetæ ſæcul. V. de Sedulio Acroſtichis pag. 680.

BENEDICTVS Abbas inſtitutor Ordinis Benedictorum, ſeu Benedictinorum de quo multa Baronius, tomo 7. Annal. Vir fuit ſanctitate, miraculis, doctrina, & genere illuſtris, quippe qui Iuſtinianum auum non quidem Imperatorem, vt aliqui ſimilitudine nominis decepti opinati ſunt, ſed Conſulem habuit. Floruit ſæculo VI. circa medium, Iuſtino & Iuſtiniano Imperantibus. Scri-
† pſit † Regulam Monachorum, diſtinctam, inquit Trithemius, in capita 73. ex vltima editione &
† recognitione eiuſdem Ordinis, tomo 15. pag. 690. † Epiſtolam ad Remigium Rhemenſem Epiſcopum, quam tamen Baronius tomo 6. annal. anno Chriſti 507. num. 3. contendit non eſſe ſancti Benedicti, ſed alterius cuiuſdam Benedicti viri prædiuitis, cuius filiam Remigius à Dæmone libe-
†† rauerat: ibidem, pag. 706. † Sermonem in morte Placidi, ibidem. † Sermonem in deceſſu Mau-
†† ri & ſociorum, ibidem. † Epiſtolam ad ſanctum Maurum, ibidem, pagina 707. † Ordinem qua-

liter Fratribus in Monaſterio religioſè ac ſtudioſè conuerſari ac Domino militare oportet: ibidem, vnà cum † Ordine profitendi deuotiſſimo ſub Beatiſſimi Patris Benedicti Regula, ibidem, pagina 709. †

BERENGOSVS, ſeu Berengoſius, ad S. Maximum extra muros Treuirorum Abbas, Floruit circa initium Sæcolo XII. tempore Paſchalis II. P. M. Scripſit de Laude & Inuentione ſanctæ Crucis libros tres: tomo a. col. 485. Libellum inſignem de Myſterio ligni Dominici, & de luce Viſibili & Inuiſibili, per quam antiqui Patres meruerunt illuſtrari, col. 520. in illud ex Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos, &c.* Sermonem in Natali Martyrum legendum: tomo eodem, col. 541 Sermonem de Martyribus, ex eodem Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos;* col. 546. Sermonem de vno Confeſſore, in illud ex Leuitici cap. 6. *In ſart gine oleo conſperſa frigetur, offeret eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino Sacerdos qui iure patri ſucceſſerit, &c.* col. 549. Sermonem alium de vno Confeſſore atque Pontifice, in illud ex eodem 6. Leuitici capite: *Ignis in Altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos, &c.* col 553. Sermonem in Dedicatione Eccleſiæ, déque Reliquiarum Veneratione: col. 557. Hunc multa ſcripſiſſe de Humana Sapientia, & de ieiuniis Quatuor Temporum annotauit Sigebertus libro de Viris Illuſtribus cap. 157.

Aduerte, nos poſuiſſe illum Berengoſum in Indice Chronologico, inter Authores Sæculi VII. quia Doctores Colonienſes, authoritate Cardin. Bellarm. (vt ipſi aiebant) innixi, eo Sæculo poſuerant: At vbi rem accuratiùs examinauimus ipſumque Bellarminum conſuluimus, in editione Pariſ. Morelliana eius libri de Scriptor. Eccleſiaſticis Anno 1630. vidimus Abbatem noſtrum inter Scriptores Sæculi XII. ab eodem Cardin. Bellarm. recenſeri.

BERNARDVS abbas Fontis Calidi videtur floruiſſe Sæculo XII. ſub finem ſcripſit tractatum contra waldenſes, & contra Arianos, tomo 4 col. 1195 Extat in indice Chronolog. in fine Sæcul. citat. in Triade ſcriptorum quos ſimul cum illo poſuimus. **

BERNO Abbas Augienſis floruit ſæcul. XI. anno 1014. ipſe n. in libro de rebus ad Miſſæ officium pertinentibus cap. 2. teſtatur, ſe interfuiſſe coronationi Henrici primi Imper. quæ facta eſt à Benedicto VIII. Papa anno 1014. Fuit vir doctus, & ſcripſit vitam S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani, quæ extat apud Surium die 4. Iulij. Scripſit etiam de officio Miſſæ, ſiue de quibuſdam rebus ad Miſſæ Officium ſpectantibus librum, qui extat tomo 10. col. 697.

BESSARION natione Græcus, patria Trapezuntius, dignitate Epiſcopus Nicænus ſeu Tuſculanus, poſteà Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ab Eugenio IV. Pontifice M. creatus & **
indè Conſtantinopol. Patriarcha qui interfuit Concilio Florentino, ſcripſit Librum de Sacramento Euchariſtiæ, & quibus verbis Chriſti corpus conficiatur. Extat tomo 6. col. 467. ex editione Pariſienſi anni 1560. Illum anno 1472. Legatum vidit Gallia. Vnde Romam rediens Rauennæ obiit, ætatis anno 77 vt refert Petauius Rationarii temporum, parte prima, libro 9. cap. 9. ſub finem. De Beſſarione nonnulla extant apud Bellarmin. in lib. de Script. Eccleſiaſt.

S. BONIFACIVS primus Archiepiſcopus Moguntinus, & Martyr, & Germanorum Apoſtolus, de quo multa Baronius tomo 9. Annalium ad annum Chriſti 755. & Bellarminus de Script. Eccleſiaſt. cuius teſtimonium habes initio Operum eius; vixit ſæcul. VIII. temporibus Gregorii II. & III. & Zachariæ Pontificum Romann. Obiit anno 755. Scripſit † Epiſtolas multas, quæ vnà cum †
Epiſtolis aliorum ad ipſum ſanctum Bonifacium, extant tomo 16. pag. 48. per Nicolaum Serarium Societ. IESV editæ, & Notis illuſtratæ, tomo eodem pag. 784. c 2

BONIFACIVS VIII. Pont. M. floruit circa finem ſæcul. XIII. & initium ſequentis: celebrauit Iubileum ineunte Sæculo XIV. Anno Domini 1300. vt ſcribit Iacobus Cardinalis, libri de Iubileo cap. 1. huius Iubilei Reſcriptum extat tomo 6. col. 437. item Formula Declarationis per quam rebelles Eccleſiæ à dicto Iubileo excluduntur, col. 438. & alia quædam adiectis D. Iulij Rozæi Scholiis, ibidem, vt etiam notamus in eodem Iacobo de ſancto Georgio. Obiiſſe dicitur dicto XIV. Sæculo, anno Dom. 1303.

C

CÆSARIVS Arelatenſis Archiepiſcopus, qui aliàs dicitur ſubſcripſiſſe Concilio Agathenſi Conſul. Meſſala Anno Dom. 506. floruit temporibus Symmachi Papæ, & Theodorici Regis Italiæ, vt in eius vita ſcripſit Cyprianus eius diſcipulus apud Surium, die 27. Auguſt. Nos cum Bellarmino lib. de Scrip. Eccleſiaſt. inter authores ſæcul. V. recenſuimus, ſcripſit Homilias diuerſas XLVI. de variis rerum Diuinarum argumentis, antea ſub nomine Feliciarij Arelatenſis Epiſcopi, editas Coloniæ, quæ extant tomo :. col. 295. Exhortationem ad cuſtodiendam Charitatem, & alia Opuſcula ex Manuſcrip. V. C. Nicolai Fabri, tomo 5. col. 937. Epiſtolam ad quoſdam Ger-

manos, ibidem, col. 940. Tractatum de decem Virginibus, ibidem, col. 941. eiuſdem Regula Sanctimonialium, col. 997. Lirinenſem Abbatem illum appellat Sigebertus libro de Viris Illuſtribus cap. 120. diciꝺque eum ſcripſiſſe & declamaſſe Homilias Monachorum vitæ congruentes.

Cæſarius Gregorij Nazianzeni frater, de quo multa Baronius anno Chriſti 354. 362. 364. & 368. quem ipſe Gregorius frater vita iam functum egregia oratione laudauit: floruit ſæculo IV. ſcripſit
* varia Opera, & potiſſimum contra Græcos, vt author eſt Suidas: ſed nunc ſolum extant Dialogi quatuor, Græcè & Latine ex MS. nobiliſſimi viri Franciſci Oliuarii. tomo 11. pag. 545. Hi autem Dialogi ab alio aliquo aucti ſunt, adiectis ſubinde quibuſdam eiuſdem argumenti cum iis quæ tractat Cæſarius, ex Gregorio Nyſſeno, & aliis authoribus.

† † CANON, ſiue Canticum agentis animam, ex Græcorum Euchologio, tomo decimoquinto, pag. 863. d 1

† Alius † CANON, ſiue Canticum peccatoris ad ſanctiſſimam Dei-param, ex eodem, tomo eodem, pag. 864. a 2. Videntur conſcripti hi Canones Sæculo XII.

CATALOGVS in quo variorum hæreticorum deliramenta inſunt, tomo 4. parte ſecunda, col. 771. ſcriptus videtur Sæculo XIII. Hic Catalogus, qui reperitur poſt Opus Reïneri, non pertinet, meo iudicio, ad Reïneri librum, quia iàm abſolut quidquid in Proœmio X. Capitibus tractandum propoſuerat, ſed quia in MS. exemplari ſubiungebatur Reineriano tractatui, noluimus à loco ſuo diuellere.

CEREALIS Epiſcopus Caſtalenſis, ſiue Caſtellenſis, vixit Sæculo V. circa annum Dom. 490. teſte Bellarm. in libro de Script. Eccleſ. Scripſit ſub Perſecutione & Tyrannide Wandalorum in Africa, Librum contra Maximum, ſeu Maximinum Arianorum Epiſcopum, qui extat tomo 4. col. 393. cuius meminit Gennad. Maſſilienſis. Porro hunc Cerealem, natione Afrum dicit, ex Gennadio, Honorius Auguſtodunenſis, & ſcripſiſſe Librum de Fide cap. 96. libro de Luminaribus Eccleſiæ.

CHRISTIANVS Druthmarus, dictus Grammaticus, Monachus Corbeïenſis, floruit Sæ-
† culo IX. circa medium, vt teſtatur Bellarm. in libro de Script. Eccleſiaſt. Scripſit † Commenta-
† ria, ſeu Expoſitionem in Matthæum, item, † Epitomen in Lucam & Ioannem, extant tomo 16. pag 277. quibus præfigitur de eo Authore teſtimonium Ioannis Trithenhemii, ſeu Trithemii Abbatis Spanhemenſis ex libro de Scriptor. Eccleſiaſt.

S. CHROMATIVS Aquileïenſis Epiſcopus, de quo Baronius in Notis ad Martyrologium 2. Decembris, vixit temporibus ſancti Hieronymi, qui eius ſæpe meminit vt ſanctiſſimi & doctiſſimi viri, præſertim Præfatione in librum Paralipom. Ad eum autem Scripſerunt circa imperantis Honorii tempora (Sæculo quarto) SSS. Hieronymus citat*. Chryſoſtomus & Ambroſius. Porro ſcripſiſſe dicitur in totum Matthæum, ſed nunc ſolum extant de viii. Beatitudinibus Homiliæ duæ, tomo 2. col. 151. Homilia in cap. 5. Matthæi & partem ſexti: & Fragmentum in 3. & 4. cap. Matth. *Ego à te debeo baptiſari*: col. 179. in prioribus editionibus legebatur Chromatius Romanus, pro Romacianus, vel Romanicianus, id eſt, Aquileïenſis, Aquileia enim dicebatur Ciuitas Romaciana vel Romaniciana, vt notat Baronius.

CHRYSIPPVS, (non Stoicus ille Cleanthis diſcipulus qui floruit circa annum 480. ab vrbe condita, quemque mortuum eſſe ſcribit Diogenes Olympiade 143. natum annos 73. ſed alius)
* quidam Presbyter Hieroſolymitanus, ſcripſit * Sermonem de ſancta Maria Dei-para, ſiue Homiliam D. Ioanne Pico interprete, quæ extat Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 668. Hunc Authorem Sæculo ſexto poſuimus cum Margarino, & fortaſſis idem ille eſt quem Photius in ſuâ Bibliothecâ tradit ſcripſiſſe de Martyrio Nicodemi, Gamalielis, & Abibonis.

CLAVDIANVS Mamercus ſiue Mamertus Presbyter Viennenſis, vel Epiſcopus S. Eucherij æqualis vixit Sæculo V. ſecundum Bellarm. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. ad ann. Chriſti 440. ſecundum alios etiam floruit vſq; ad annum 452. Galliarum Regem Clodoueum baptizauit: & concepit animo Rogationes, tacituſque ritum earum omnem definiit cum Deo, ſic ſanctus Ado in Chronicis: ſed non hic, verum eius frater fuit, non Epiſcopus ſed Presbyter, qui ſcripſit de Statu Animæ Libros tres contra Fauſtum Epiſcopum, qui extant tomo quarto, colum. 599. ex recognitione Andreæ Schotti Societ. Iesv, Aduerſus vanos Poëtas, ad Collegam col. 659.

CLAVDIVS Altiſſiodorenſis, vel (vt alii volunt certiori innixi coniecturâ) Taurinenſis Epiſcopus, natione Scotus, Alcuini collega: claruit Sæculo IX. ſub Carolo Magno & Ludouico Pio Franciæ Regibus. Scripſit multa in ſacram Scripturam, ſed ex iis nihil habere potuimus, præter Commentarium in Epiſtolam ad Galatas, qui extat ex editione Vidouri, tomo 1. col. 793. vide quæ prænotauimus hîc, ex Trithemio in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & aliis.

** CLAVDIVS De Sainctes Lutetiæ Theologus, Epiſcopus Ebroïcenſis, vixit Sæculo XVI. interfuit Concilio Tridentino, ſcripſit, præter alia multa, Collectanea quædam de Euchariſtia & Miſſæ ritibus, ex Operibus Diui Ioannis Chryſoſtomi quæ extant, è quibus Liturgica Græcorum comprobantur.

comprobantur, quæ habentur xxx. Capitibus contenta, tomo 6. col. 491. & ſeqq.

CLAVDIVS Marius Victor Rhetor Maſſilienſis, ſcripſit Carmine in Geneſin, id eſt, à principio Geneſis vſque ad obitum Abrahæ; Commentariorum Libros tres ad Ætherium filium, tomo 8. col. 580. Carmen de peruerſis ſuæ ætatis moribus, ad Salmonem, ſiue Salomonem Abbatem, extat col. 595. Ex hoc Carmine, ſeu Epiſtola intelligitur eum vixiſſe Sæculo V. quo tempore Wandali & Alani Galliam populati ſunt. Gennadius mortuum ait Theodoſio Iuniore & Valentiniano regnantibus.

CLEMENS Alexandrinus, Presbyter Pantæni Auditor, Origenis Præceptor, qui & Stromateos dictus eſt; de quo Hieronymus in Catalogo cap. 38 floruit Sæculo III. ſcripſit multa: hîc extat in priorem D. Petri Canonicam Epiſtolam Commentarius tomo 1. colum. 561. in Epiſtolam D. Iudæ Commentarius col. 563. in Epiſtolas Canonicas ſancti Ioannis Euang. Iſtæ Commentarius col. 564. **

C. COELIVS Sedulius Presb. Scotus, Theodoſio Iuniore Imp. ſcripſit Explanationem, ſeu Collectanea in omnes Epiſtolas S. Pauli, ex Origene, Ambroſio, Hieronymo & Auguſtino excerpta, tomo 1. col. 849. ex quo intelligimus errare illos qui Sedulium eundem floruiſſe ſcribunt tempore Conſtantii filii Conſtantini Magni, circa annum Chriſti 338. & verius ſentire Trithemium qui ponit Sedulium anno Dom. 430. ſic Bellarminus in libro de Script. Eccleſiaſticis. Scripſit præterea Mirabilium Diuinorum, ſiue Operis Paſchalis libros IV. aut V. carmine quos dedicauit Theodoſio Auguſto. Extant to. 8. pag. 658. Eiuſdem argumenti ſoluta Oratione libri 5. extant ex Manuſcr. Petri Pithœi cum notis Franciſci Iureti, pag. 933. Hymnus de Vita Chriſti, pag. 679.

Incerti cuiuſdam Authoris, qui videtur vixiſſe Sæculo VIII. circa tempora Damaſceni, COLLECTANEA contra Seuerianos, ab Henrico Caniſio edita, extant tomo 4. par. 2. col. 1108.

S. COLVMBANVS Scotus, ſiue Hybernus, Cœnobii Bobienſis in Italia, primus Fundator & Abbas ſcripſit, teſte Sigeb. de Viris Illuſtr. cap. 60. multa & ad canendum digna & ad docendum vtilia ex quibus nunc extant, to. 15. pag. 683. † Carmen Monoſtichon, & † Epiſtola ad Hunaldum Diſcipulum, in qua deteſtatur auaritiam, pag. 685. quæ etiam habetur tom. 8. pag. 843. floruit Sæculo VI. & obiit anno Do. 614. ſecundum nonnullos: illum enim Sigeber. in Chronico obiiſſe meminit ad annum Domini 598. Vitam, Acta & Scriptorum monumenta ſancti Columbani ſume ex illis Authoribus quos percenſent Notæ ad Romanum Martyrolog. 21. Nouembris. Quo die Eccleſia Feſtum eius inter Sanctos ſolemni ritu celebrat. ††

Dom. CONSTANTINVS Harmenopulus, Sebaſtus, Nomophylax, & Iudex Theſſalonicenſis, vixit Sæculo XII. & ſcripſit *Tractatum de opinionibus Hæreticorum qui ſingulis temporibus exſtiterunt Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 533. Non multò antè eius ætatem, exortam Bogomilorum Hæreſim, ſcribit in Hæreſi poſtrema. *Extat eiuſdem Harmenopoli Fidei profeſſio, ſeu de Fide orthodoxa Sermo, tomo citato, col. 538. * *

CONSTITVTIONVM celeberrimæ artium Pariſienſis Academ. Profeſſ. & Magiſtris obſeruandarum capita edita Sęculo XIV. Anno Do. 1344 in Feſto Natiuitatis Domini, to 4. col. 932.

Fragmentum de erroribus Beghardorum ex Manuſc. libro CONRADI de Montepuellar. (Magdeburg fortè) Canonici Ratisbonenſis, contra Beghardus & Beguinas. tomo 4. parte 2. col. 839. Putatur hîc Author floruiſſe Sæculo XIII.

S. CORNELIVS I. P. M. Fabiani ſucceſſor circa annum Chriſti 259. & Martyrium paſſus Imper. Decio, ſcripſit ad Lupicinum Vienneſem Epiſcopum, Epiſtolam quæ extat, tomo tertio, columna 17. Bellar. in lib. de Script. Eccleſ. meminit 3. aliarum epiſtolarum eiuſdem Authoris. **

COSMAS Hieroſolymitanus, floruit vt Author eſt Suidas, temporibus Damaſceni, ſub finem ſeptimi Sæculi & ſub initium ſequentis. (Reperitur inter Authores Sæculi ſeptimi, in indice Chronologico.) Scripſit in ſanctam Chriſti Redemptoris Theogoniam, Feſtáque alia & Myſteria, Hymnos XIII. tomo 8. col. 716. & ſeqq.

CYRILLVS Archiepiſcopus Hieroſolymitanus Conſtantio Imperatore, floruit Epiſcopus factus, ac ſæpe de ſede eiectus, & ſedi reſtitutus tandem Theodoſio Imperante obiit Sæculo quarto, circiter ann. Dom. 385. Scripſit multa & hîc extat *Oratio de occurſu Domini, ſiue de Simeone Deum ſuſcepturo, Græcè & Latinè. tomo 13. pag. 849. *

D

DACRIANVS, Abbas, Ordinis ſancti Benedicti, ſcripſit Spiritalis Vitæ Documenta, & Speculum Monachorum, extant tomo quinto, col. 701. & 704. Hunc Authorem VIII. Sæculo vixiſſe ſentimus cum Marg. de la Bigne, & de eo nihil aliud habemus quàm fuiſſe ipſum Monachum ſancti Benedicti. Vide Poſſeuinum in Apparatu Sacro.

DAMASVS Papa floruit Sæculo IV. & anno ſexto Theodoſij obiit; quæ ex eius ſcriptis ſunt reliqua, partim extant apud Hieronymum: partim apud Theodoretum, partim apud Baronium, partim hîc aliquot Sanctorum Poëtica Elogia, tomo octauo, pagina 844.

** DANIEL humilis Monachus ſcripſit ſub Compendio vitam ſancti Ioannis Climaci, extat tomo quinto, columna 177. indicat ſe fuiſſe diſcipulum Abbatis Ioannis illius, ni fallor, ad quem ſanctus Climachus, Climacem ſuum ſcripſit iis verbis: *Teſtis eſt Paſtor noſter Optimus Ioannes, à quo, Magnus ille exoratus de Monte Syna ſuas inſcriptas à Deo Tabulas oſtendit nobis, &c.* Proindeque poſuimus eum inter Authores Sæculo VI quo ſcilicet vixiſſe videtur.

DESIDERIVS Epiſcopus Cadurcenſis, Fauſti & Ruricij æqualis, ideòque poſuimus eum inter authores Sæculi quinti, licet Bellarmin. in lib. de Script. Eccleſ. putet floruiſſe eum Sæculo VII. circa ann. 650. Scripſit Epiſtolarum ad diuerſos Librum vnum; editum per Henricum Caniſium, extat tomo 3. col. 411. Sequitur alius Liber Epiſtolarum diuerſorum Pontificum ad Domnum Deſiderium, tomo eodem col. 419.

S. DIADOCHVS Epiſcopus Photices in vetere Epiro Illyrici, floruit Sæculo quarto, circa annum Dom. 390. ex Bellarm. lib. de Script. Eccleſ. Scripſit de Perſecutione Spiritali capita 100. quæ habes, tomo quinto, columna 293. citat libri illius caput 108. Maximus confeſſor qui contra Monothelitas decertauit: Photius vero Conſtantinop. in Myrio-Biblo huoc librum illius legiſſe ſe teſtatur.

DIDYMVS Alexandrinus, cæcus à prima ætate, præceptor S. Hieronymi, claruit Sæculo quarto, ſub Valentiniano & Valente Principibus; ſcripſit multa, ex quibus nunc ſolum extant libri tres de Spiritu Sancto, D. Hieronymo interprete, tomo nono, columna 23. Enarratio in Epiſtolas Canonicas, col. 53. Exceſſerat 83. ætatis annum, ſcripſeratque plurima, cum S. Hieronym. Scriptorum Eccleſiaſ. Catalogum deſcriberet.

DIONYSIVS Archiepiſcopus Alexandrinus claruit Sæculo tertio, anno Chriſti 250. aliàs
* 270. ſed ſcripta eius magna ex parte interierunt, extat * Epiſtola eius ad Eccleſiam Alexandrinam,
* Liber ſeu * Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, cui ſubiungitur Epiſtola Epiſcoporum Synodi
* Antiochenæ. * Epiſtola ad Baſilidem, omnia Franciſco Turriano interprete, extant Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 273. & ſeqq.

Tranſcriptum Schedulæ reuocationis quorundam Articulorum Fr. DIONYSII Soulechat Minoritæ, publicè in Diſputationibus ſolemnibus, per eum ſemel atque iterum factæ Pariſiis, & in Curia Romana, Sæculo XIV. Anno 1365. & 1369. tomo 4. col. 946.

DOROTHEVS Archimandrita non ille quidem Acephalorum propugnator, ſed alter quidam, cuius doctrinam Patriarcha Tharaſius per manus Parentum traditam venerabatur, ait Author Anonymus in Præfatione ad Dorothei doctrinas. Poſuimus hunc Authorem Sæculo quarto, iuxta editionem Colonienſem, quem tamen Bellarm in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. putat vixiſſe
* Sæcul. VI. circa annum Do. 560. quia (inquit) citat Climacum & indicat ſe fuiſſe familiarem S. Zoſimæ Abbati, qui ſub Iuſtino ſeniore floruit. Sed quidquid ſit, * ſcripſit de vita recte inſtituenda doctrinas, ſiue Sermones 24. Hilarione ſacræ Caſſinenſis Congregationis Monacho doctiſſimo interprete extant tomo 11. pag. 742.

DOROTHEVS Presbyter Tyri, ſiue Epiſcopus & Martyr. Sæculo tertio, ſub Conſtantino Magno vixiſſe dicitur, aliàs tempore Diocletiani exilium paſſus, aliàs conſummauiſſe Martyrium Edeſſæ imperante Iuliano Apoſtata: extat ſub huius nomine edita Synopſis de vita & morte Prophetarum & LXX. diſcipulorum, Chr. tomo 7. col. 91. negat vero eius eſſe hoc opuſculum D. Cæſar Cardinalis Baronius in Martyrol Rom. Non. Iun. ſed alterius cuiuſdam Abbatis, atque ita inſcriptum in Vaticana ſe legiſſe, ait.

D. DRACONTIVS Presbyter Hiſpanus & Poëta Chriſtianus extat inter Authores Sæculi VI. nihilominus putat Bellarm. lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. eum vixiſſe Sæculo quinto, circa annum Do. 440. tempore Theodoſii Iunioris Imper. eò quod (ait) in collectione & emendatione eius Operum ab Eugenio ſecundo Archiepiſcopo Tolet. facta extat quædam Dracontii Elegantia ad dictum Imperatorem. Conſule Bellarm. Verùm certum eſt compoſuiſſe verſibus Heroïcis Hexameron, ſeu de opere ſex dierum, Librum vnum; etiam teſte Iſidoro & eodem Bellarm. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Extat hoc opus tomo 8. col. 837.

DREPANIVS natione Gallus, Florus cognominatus; non ille quidem Latinus Pacatus Drepanius qui Theodoſio Auguſto Panegyricum dixit Romæ: ſed quidam alter Poeta Chriſtianus cuius, vt putat Baronius, meminit Sidonius Apollinaris libro octauo, epiſt. 11. quique putatur vixiſſe Sæculo quinto, in quo eum poſuimus: nobis tamen videtur potius vixiſſe Sæculo ſeptimo, circa annum. Dom. 650. ob rationes quas poſuimus initio eius Operum, tomo 8. pag. 727. ſed quidquid de hac re ſit, ſcripſit Carmina quædam ad aliquos Dauidis Pſalmos: Item Hymnos, & alia Poëmata, tomo eodem col. 727.

DROGO primùm à Bartholomæo XLIV. Epiſcopo Laudunenſi, ordinatus fuit Abbas

ſancti Ioannia Laudunenſ. cum anteà in Monaſterio eſſent Moniales, ipſeq; eſſet Monachus Benedictinus: poſteà Hoſtienſis Epiſcopus, tum ſub Innocentio PP. anno 1130. factus S.R.E. Cardinalis; floruit Sæculo XII. tempore ſancti Bernardi, cui æqualis fuiſſe dicitur. quapropter initio eius Operum, ſancti Bernardi ad ipſum Epiſtolam ponere placuit; quippe quæ mirificum ſanctitatis ipſius Drogonis teſtimonium contineat. De quo etiam plura ex idoneis Scriptoribus afferunt poſt alios, Poſſeuinus in Apparatu ſuo, & Alphonſus Ciaconius de viris Pontificum in Innocentio II. qui conſentiunt eum claruiſſe tempore B. Bernardi. Scripſit Sermonem de Paſſione Domini, extat tomo 2. col. 565. De Creatione & Redemptione primi Hominis librum: primùm Anno 1628. ex Elnenenſi Biblioth. erutum & editum, tomo eodem, col. 589. ſcripſit etiam Tractatum, de Septiformi gratiâ Spiritus ſancti, ac de Beatitudinibus, ibidem, col. 594. Item, de Diuinis Officiis, ſeu Horis Canonicis, col. 597.

DVNGALVS Diaconus, floruit, iuxta Cardin. Bellarmin. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Sæculo IX. Anno Domini 820. circa hunc enim annum ſe ſcripſiſſe oſtendit in eo, quem edidit libro Reſponſionum aduerſus Claudii Taurinenſis Epiſcopi Sententias, ad HLodouicum Imperat. & filium eius Lotharium Auguſtum. Ex editione Pariſienſi, apud Petrum Metaïerium, collata cum Manuſcr. V.C. Pauli Petauii Senatoris Pariſienſis extat tomo 4. par. 2. col. 145. vide quæ ibi Papirius Maſſonius annotauit.

DVRANDVS Leodicenſis Epiſcopus, quem poſuimus iuxta Coccium Sæculo XI. ſcripſit de Corpore & Sanguine Domini valdè elegantem Epiſtolam ad Henricum I. Galliarum Regem Chriſtianiſſimum, contra Brunonem Andegauenſem Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem. Extat tomo 3. col. 319.

E

EBRARDVS, ſiue Eberardus è Bethuniâ non ignobili vrbe Flandriæ, ſeu Artheſiæ oriundus, vixit Sæculo XII. circa finem: Scripſit Tractatum contra Waldenſes hæreticos, tomo 4. columna 1057. Extat in indice Chronologico Sæculo XII. ſub finem in Triade Scriptorum. **

ECCLESIARVM quæ per Illyricum & Dalmatiam conſtitutæ ſunt, ad Symmachum Pontificem Epiſtola tomo 3. col. 137. Huic reſpondet illa Epiſtola Decretalis, cuius initium eſt, *Presbyteris, Diaconibus, Archimandritis per Illyricum*, &c. & habetur Conciliorum tomo 2. Quinam autem & quâ occaſione Epiſtolam hanc ſcripſerint, ſcribit Gratianus 16. quæſt. 7. §. *Sanè Theſſalonicenſes Epiſcopi*: Theſſalonicenſes Epiſcopi, inquit, ob metum Athanaſij Imperatoris conſenſerunt Timotheo Epiſcopo Conſtantinopolitano quem Anathematizauerat Concilium Calcedonenſe: XL. verè Epiſcopi Illyrici & Græciæ conuenientes in vnum per confeſſionem in ſcriptis factam; & à proprio Metropolitano diſceſſerunt, & Romam mittentes, Romano Epiſcopo communicare profeſſi ſunt in ſcriptis, &c. Hanc Epiſtolam poſuimus inter Authores Sæcul. VI. quia circa illud tempus ſcripta eſſe videtur. **

ECKBERTVS primùm Presbyter & Bonnenſis, ſeu Bunnenſis Eccleſiæ Collegiatæ Canonicus Colonienſis Diœceſis, poſteà Monachus Schonaugienſis Monaſterij, floruit Sæculo XII, anno Chriſti 1160. ſcripſit plura, quæ refert Trithemius Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis in vita eius, quam ex eodem Trithemio excerptam poſuimus initio eius Operum, tomo 4 parte 2. colum. 75. Extant tantùm contra Catharos eius temporis Hæreticos Sermones XIII. quibus decem illorum Hæreſes, ex Manichæorum erroribus petitas refutat, tomo & parte citatis, columna 79. Hos Sermones dicauit Illuſtriſſ. Rectori Pontificalis Cathedræ in Colonia D. Reginoldo, col. 77. Item, excerptum ex Auguſtino de Manichæis, extat col. 141. hæc omnia prodierunt ex editione Colonienſi. Ioann. Soteris Anno 1530.

S. EDMVNDVS Theologus Pariſienſis & Cantuarienſis Archiepiſcopus, dictus Virgo: floruit Sæculo XIII. Anno Dom. 1240. (quo anno vult eum obiiſſe Bellar. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis) Scripſit Libellum, qui inſcribitur Speculum Eccleſiæ, ad Ciſtercienſes Pontinianenſis Monaſterij Monachos; Chriſtianis omnibus vtilem apprimè & neceſſarium, tomo 5. columna 765. Putamus obiiſſe tamen anno Domini 1246. in eodem Pontinianenſi Galliarum Cœnobio XVI. Kalend. Decembr. Paulò pòſt Catalogo SS. adſcriptus ab Innocentio IV. & anno ſequenti, ſcilicet 1247. de terra eleuatus, vt videre eſt in eius vita, quam in Opuſcul. illius fronte, ex ſancti Vincentii Beluacenſis Speculo Hiſtor. libri 31. capite 67. & de hinc ex Anton. par. 3. tit. 19. cap. 10. & tandem ex M. D. L. B. deſcripſimus. Plura ex variis Authoribus de ſancto Edmundo, annotata inuenies in notis & Rom. Martyrol. 16. Nouembris.

Ex † ELIÆ Presbyteri Sententiarum ex diuerſis florilegio, florilegium, tomo 15. pag. 853. d a extat inter Authores Sæculi XII. †

S. ELIGIVS Nouiomenſis Epiſcopus XX. claruit Sæculo VII. circa medium. Adfuit,

ſubſcripſitque Concilio Cabilonenſi primo, quòd tàm Epiſcoporum communi voluntate quàm ex euocatione Domini Clodouei ſecundi Galliarum Regis fuit congregatum. Pro auferenda verò Simoniaca peſte quæ à tempore Brunechildis Reginæ vſque ad Dagoberti tempora inualuerat, cum ſancto Audoëno Archiepiſcopo Rothomagenſi (qui eiuſdem vitam ſatis diligenter libris duobus inſeruit, quæ extat apud Surium die 1. Decembris) ſollicitè inuigilauit, vt ſcribit Vincentius in Speculo Hiſtor. libro 23. cap. 87. Obiit, teſte Sigeberto in Chronico, anno Domini 666. ſcripſit Homilias xvi. quæ extant tomo 2. col. 79.

ENNODIVS Ticinenſis, vide Marcus Fœlix Ennodius.

EPISTOLÆ ſeptem de venerabili Sacramento Euchariſtiæ, ex quibus ſex refellunt delirium Folmari Præpoſiti Trieffenſteinij, ſeu petræ ſtillantis, epiſt. 1. propoſitum & expoſitum continet: primùm in lucem editæ ex Manuſc. codice Monaſterij Raittenhaſlenſis. Extant to. 4. par. 2. col. 844. vt annotauimus in indice Chronol. Sæculo XII. in FOLMARO.

** ERMENGARDVS, ſiue Ermengaudus, floruit Sæculo XII. & ſcripſit contra Waldenſium Sectam, tomo 4. col. 1233. Extat in indice Chronologico Sæculo citato ſub finem in Triade Scriptorum.

B. ESAIAS Abbas, ſcripſit ad Fratres cum quibus viuebat, Homilias, ſeu Orationes 29. Extant tomo 2. col. 181. ponit hunc Authorem Bellarminus Sæculo VII. & addit incertum eſſe quo tempore vixerit: nos etiam eodem Sæculo poſuimus.

ETHERIVS, ſiue Heterius, Itherius, ſeu Hiterius Epiſcop. Vxamenſis, & Beatus Presbyter, vixerunt Sæcul. VIII. eo tempore quo Mauri dirâ & veſanâ tyrannide totis Hiſpaniis graſſabantur, vt ait Vaſques tomo 1. in III. part. D. Thomæ diſput. 89. cap. 1. Scripſerunt aduerſus Elipandum Archiepiſcopum Toletanum libros duos, quorum hic eſt titulus: *Eminentiſſimo nobis, & Deo amabili Elipando Toletanæ Sedis Archiepiſcopo*; primum, de Adoptione Chriſti Filij Dei; alterum, de Chriſto & eius Corpore, quod eſt Eccleſia: & de Diabolo & eius corpore quod eſt Anti-Chriſtus. Qui à Petro Steuartio Leodio ſacræ Theologiæ Doctore & Profeſſore Ingolſt. &c. editi an. 1616. extant tomo 4 par. 2. col. 461. Vide diuerſas de vtroque Authore & Elipando annotationes ex Marianâ, Vaſquezio & aliis, ibidem.

EVAGRIVS non ille Antiochenus Epiſcopus, de quo Hieronymus in libro de Scriptorib. Eccleſiaſt. nec-non in Epiſtola ad Cteſiphontem; ſed Ponticus ille, qui ex Diacono Conſtantinopolitano factus eſt Monachus: quem etiam Gregorii Nazianzeni in Epiſcopatu ſuo Conſtantinopolitano Archidiaconum dicit Nicephorus, Eccleſiaſticæ Hiſtor. Libro 11. cap. 42. & 43. Claruit Sæculo IV. ſcripſit multa Monachis, vt ait Gennadius, neceſſaria, quæ recenſet partim ipſe Gennadius in Catalogo, partim Socrates libro 4. Hiſtoriæ. Hunc enim dicit beati Macarij diſcipulum, Gennadius in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo, eumque ſequutus Honorius libro de Luminaribus Eccleſiæ cap. 11. eum alia quædam ſcripſiſſe neceſſaria Monachis, vt iàm monuimus, tum aduerſus octo principalium Vitiorum cogitationes, ex Scripturarum teſtimoniis libros compoſuiſſe tradunt. Ex his nunc ſolùm extat Liber, ſeu potius Epitome libri de octo Vitiiſis Cogitationibus ad Anatolium, tomo 5. colum. 697. Sed oportet obſeruare Euagrium fuiſſe hæreticum Origeniſtam; vide quæ in principio Operis annotauimus. Ab aliquibus etiam huic Euagrio tribui ſolet liber, qui inſcribitur SS. Anachoretarum Ægyptiorum Apophtegmata libris xviii. comprehenſa, quia Nicephorus loco ſuprà citato refert multa de Patrum dictis ex eiuſdem Euagrii Operibus, quæ occurrunt in illis Apophtegmatibus. Extant autem hæc Apophtegmata (vt putant nonnulli) B. Hieronymo, vel vt alij verius, Pelagio S. R. E. Diacono, interprete, exſcripta nunc primum ex venerandæ vetuſtatis Manuſcript. Codicibus religioſiſſimæ Carthuſiæ Montis Dei, tomo 9. col. 700. & de eorumdem SS. Patrum vita & doctrina libri 4. D. Ioanne S. R. E. Subdiacono interprete, tomo 9. col. 801.

EVANTIVS, al. Euantus Abbas, qui putatur vixiſſe Sæculo VI. circa Annum Dom. 590. de
† quo vide Præfationem Henrici Caniſij ad Lectorem. † Scripſit contra eos, qui ſanguinem immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt, Epiſtolam, quæ extat tomo 15. pag. 711. Primum edita fuit ex Manuſcr. membranis S. Galli, per eundem Henricum Caniſium.

B. EVCHERIVS Epiſcopus Lugdunenſis, vixit Sæculo V. temporibus Theodoſii Iunioris
** & Valentiniani & ſub Valentiniano & Martiano Imperatoribus obiit circa Annum 433. vt ſcribunt Gennadius Lib. de Viris Illuſtribus, & Ado Viennenſis in Chronico. Exiſtimat tamen Cardin. Baronius tom. 5. Annalium hos authores falli, & Eucherium vixiſſe vltra annum Domini 463. Quia inuenitur Eucherii nomen in ſubſcriptionibus Epiſcoporum Concilii Arauſicani II. & Arelatenſis III. Bellarminus verò ſuſpicatur perueniſſe eum vſque ad annum 499. Nam in vita S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis dicitur Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis aliquando iter feciſſe cum ipſo Cæſario Arelatenſi: Cæſarium autem fuiſſe in viuis tempore Symmachi P. M. (qui ſedere cœpit vt putat idem Bellar. anno 499.) aperte conſtat ex eadem vita S. Cæſarii apud Surium die 27. Auguſt. itaque vel oportet libros tum Gennadii, tum Adonis eſſe corruptos; vel fuiſſe duos Eucherios Lug-

dunenſes Epiſcopos. Hactenus Bellarminus lib. de Script. Eccleſiaſticis. Sed quidquid de hoc ſit, certum eſt eum multa ſcripſiſſe, ex quibus hîc extant Homiliæ ex editione Liuinæii Belgæ Antuerpienſis canonici, tomo 2. col. 765.

EVDOCIA Theodoſii Iunioris, ſeu II. vxor, doctrina percelebris fæmina, vt teſtatur Nicephorus lib. 14. cap. 23. floruit Sæcul. V. Ea enim, teſte Socrate lib. 7. cap. 13. ab Alexandrinis anno 415. in populari ſeditione laniata eſt: quòd Oreſtem præfectum à Cyrilli amicitiâ putaretur abducere. Scripſit * Homero-Centones de Chriſto tomo 14 pag 94. *

S. EVLOGIVS Cordubenſis, Doctor & Electus Archiepiſcopus Toletanus, vixit tempore perſecutionis Sarracenorum, qui Cordubæ ſedem regni conſtituerant; incidit autem hæc perſecutio in ann. Domini 850. & 851. Scripſit plurima: tandemque Martyr occubuit eodem Sæculo IX. anno Dom. 859. vide Annales Card. Baronii ad hunc annum, vt refert etiam Bellarm. in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis. Extant eius Opera, nempe Memoriale Sanctorum, tomo 9. col. 203. Apologeticus pro Martyribus, tomo eodem, pag. 293. Exhortatio ad Martyrium, ſiue Documentum quod in carcere poſitus, Virginibus Chriſti, Floræ Mariæque ergaſtulo mancipatis dicauit, tomo eodem, col. 309. Epiſtola ad Willeſindum Pampelonenſis Sedis Epiſcopum, col. 320. & Epiſtolæ aliquot ad Aluarum & alios, nec-non Aluari Epiſtolæ ad eundem tomo eodem, col. 332. Reperta omnia ſtudio Reuerendiſſimi D. Petri Poncii Leonis à Corduba Epiſcopi Placentini: & per Dom. Ambroſium Moralem Commentariis illuſtrata.

EVSEBIVS Vercellenſis Epiſcopus, de quo multa Baronius tomo 4. annal. floruit paulò pòſt medium Sæculi IV. Scripſit in exilio † Epiſtolam vnâ ad presbyteros quoſdam Italiæ, quâ de † ſtatu ſuo & vita illos commonefacit, tomo 15. pag. 627. † libellus fati ad Patrophilum extat pag. †, 628. Obiit anno Domini 370. vt fidem facit Petauius Rationarii temporum partis 1. lib. 6. cap. 7. ſub finem.

EVSEBIVS Epiſcopus Incertæ ætatis Author, præter alia, † ſcripſit Orationem de commemoratione ſanctorum, Carolo Fabiano interprete, ex editione Thom. Galleti tomo eodem, pag. 826. c 1 †

EVTHYMIVS Zigabenus Monachus vixit Sæcul. XII. circa initium tempore Alexij Comneni Imperat, vt ipſe teſtatur in principio Panopliæ. Scripſit, præter alia, hanc eandem dogmaticam Panopliam aduerſus omnes Hæreſes, ex cuius parte 2. tit. XXIV. excerptam habes Iſmaëliticarum, ** futiliumque eius Sectæ dogmatum, Confutationem Ioanne, Iacobo Beurero interprete Græcè & Latinè, tomo 12. columna 556. titulo præcedenti ſcilicet XXIII. deſcribit errores Baſilii auctoris Bogomilorum, quem Alexius Imperat. comburi iuſſit in equeſtri Theatro.

EVTROPIVS Abbas Incertæ ætatis ſcripſit † Epiſtolam ad Petrum Papam, quæ extat è † Thom. Galleti editione, tomo 15. pag. 831. c. 5

EZEKIEL Tragicus Iudaïcarum Hiſtoriarum Poëta, vixit antè Chriſtum Dominum Annis LXXXIII. ſeu anno ab vrbe condita 667. teſte Poſſeuino in Apparatu Sacro, multa ſcripſit ex qui- ** bus hîc habetur * Eductio, ſeu Liberatio Hebræorum Græcè & Latinè, tomo 14 pag 153. quod Opus ipſi attribuunt Clemens Alexandr. libro primo Stromatum, & Euſebius Pamph. libro IX. Euangelicæ Præparat. habetur in Appendice quem appoſuimus indici Chronologico.

F

FAVSTINVS Diaconus vel Presbyter vulgò Gregorius Bæticus Eliberitanæ ſedis Antiſtes: floruit Sæcul. IV. Valentiniano & Theodoſio Imperatoribus & tempore Damaſi P. M. bis Schiſmaticus fuit: ſemel in ſchiſmate Vrſicini contra eundem Damaſum, & iterum in ſchiſmate Luciferianorum, vt teſtatur Gennadius de Viris illuſtrib. & Card. Baron. tomo II. Annal. ad annum Damaſi 1. & Siricii IV. Nihilominus tamen ſcripſit ad Gallam Placidiam, ſiue Placillam vel Flaxillam Imperatricem M. Theodoſii Coniugem lib. de Trinitate, ſeu de fide contra Arianos, qui habetur, tomo 4. col. 663. Hic liber etiam ſub ſolo nomine Gregorii Bætici antea fuit editus, niſi quòd Epiſtola ad Flaxillam eſſet mutila, quidam tamen illum in ſæculum V. reiiciunt. Hunc Presbyterum tantum, non Epiſcopum dicit: Libros vero ſeptem contra Arianos & Macedonianos ad perſonam Flaccillæ Imperatricis, vnum autem, Valentiniano & Theodoſio Augg. ſcripſiſſe citat * Gennad. eumque ſequutus Honorius Auguſtodun. Libro de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 16.

FAVSTVS ſiue vt alii legunt, Fauſtinus ex Monacho Lirinenſi primùm Abbas, deinde Galliarum Epiſcopus Rhegienſis, ſcripſit diuerſa Opuſcula, quæ recenſent Gennadius & alij, ex his nunc extant: Sermo ad Monachos: tomo 2. col. 147. Epiſtolæ ad diuerſos, tomo 3. col. 37. & ſeqq. Epiſtola ad Lucidum presbyterum tomo 4. col. 693. Profeſſio Fidei ad Leontium: tomo eodem, col. 697. de Gratia Dei, & Humanæ mentis Libero Arbitrio libri 2. tomo eodem, col. 699. Extat etiam huius Fauſti Homilia quædam de Maximo in Bibliotheca Lirinenſi nuper edita, quæ à nobis conſultò omittitur, quod noſtri inſtituti non ſit Vitas Sanctorum edere. Scripſit præterea li-

brum de Creaturis, quod in illis incorporeum nihil ſit, quem habes præfixum Operibus Claudiani Mamerci qui huic Libro reſpondet, tomo 4. col. 595. huius Bibliothecæ. Eiuſdem aliæ Epiſtolæ, ex editione Ingolſtadiana, anno 1608. tomo 3. col. 347. Eius meminit S. Hormiſdas P.M. in Epiſtola ad Poſſeſſorem: vixit Fauſtus Sæcul. v. medio tempore inter ſanctum Auguſtinum & Proſperum, ideòque errant, qui eum faciunt Diſcipulum ſancti Benedicti. Hunc n. eiuſdem S. Benedicti fuiſſe Diſcipulum & ſcripſiſſe librum de Spiritu ſancto, & egregium Opus de Gratia Dei qua ſaluamur, quin & libellum aduerſum eos qui dicunt eſſe in Creaturis aliquid incorporeum, præter Deū: Epiſtolam autem in modum libelli, ad Diaconum quendam Gratium (*alias* Græcum) qui ad Neſtorianam impietatem adierat: & alteram poſteà ad Fœlicem Præfectum Prætorio, & Patriciæ dignitatis virum, filium Magni Conſulis iam religioſum, hortatoriam ad Domini timorem, & conuenientem Perſonis plenu animo pœnitentiam agere diſponentibus: meminit Sigebertus, libro de Viris Illuſtribus cap. 32. & Gennadius (qui vitam eius Scripſit quæ habetur tomo 4. col. 693.) eumque ſequutus Honorius Auguſtodunenſ. Libro de Luminaribus Eccleſiæ, cap. 85. Fauſtum tamen fuiſſe diſcipulum ſancti Benedicti haud ſit veriſimile, vt innuimus ſupra. Vnde Baronius tomo 6. Annal. anno 490 cap. 38. ita ſcribit. *Sed multo magis obſtupeſcimus Fauſtum ab aliis redigi in claſſem Monachorum Ordinis ſancti Benedicti, cum antequam idem Sanctus auſpicaretur vitam Monaſticam, iam Fauſtus ſenex ex hac vita deceſſiſſet, iam longe antequàm idem Benedictus naſceretur, creatus Epiſcopus.* Hæc ille: qui de ætate Fauſti & ſancti Benedicti, plura eodem tomo accuratè diſſerit. Porro Fauſtum fuiſſe Pelagianum, aut ſaltem Semipelagianum & ſcripta eius ab Eccleſia Romana damnata certum eſſe reperiur nonnulli. Vide quæ obſeruauimus ſuo loco, initio Operum illius, & quæ de ipſo ſcribit Bellarminus in libro de Scriptor. Eccleſiaſticis.

FERRANDVS Diaconus S. Eccleſiæ Carthaginenſis, vixit temporibus ſancti Fulgentii, Sæculo VI. circa annum Dom. 504. vt ſcribit Bellarm. in lib. de Script. Eccleſiaſt. Extant ex eius ſcriptis, ad Reginum Comitem, Parænericus, *qualis eſſe debeat religioſus in actibus militaribus*, tom. 5. col. 657. & Epiſtolæ ad Anatholium & alios, tomo 3. col 321. Qualis fuerit Ferrandus abundè edoceri poteris ex Baronio tomo 7. Annal. Eccleſiaſt. Vide quoque ſanctum Iſidorum, libro de Viris Illuſtr. cap. 12. librum hunc parænericum nominat Sigebertus *de ſeptem Regulis innocentia*, libri de Viris illuſtribus cap. 28.

FLODOARDVS, Siue Frodoardus. vide Theodorus in littera T vndecimo loco.

** FLORENTIVS Magiſter Officiorum, vixit Sæculo quarto, tempore Luciferi Calaritani, ad quem ſcripſit Epiſtolam, quæ habetur tomo 9. col 1113. a. operâ Tilii Epiſcopi Meldenſis. Extat hic Author in Appendice noſtro ad Indicem Chronologicum.

FLORVS Magiſter, qui claruit Sæculo IX. circa medium tempore Caroli Calui, ſcripſit exegeſin, ſiue expoſitionem Miſſæ, quæ extat tomo 6. colum. 163. Hunc fuiſſe Monachum Ordinis ſancti Benedicti in Monaſterio ſancti Trudonis Diœceſis Leodienſis, ſcribit Trithemius de Viris Illuſtribus Ord. S. Benedicti, cap. 44. Sigebertus verò ex integro, expoſuiſſe Pauli Epiſtolas expoſitione collecta ex ſancto Auguſtino, ita vt nouo & admirabili ſtudio magnum ſui Operis, de alieno labore, volumen ediderit, libro de Viris Illuſtribus, cap. 93 Legi in Manuſcr. Codice perantiquo, illum adfuiſſe Concilio Cariſiacenſi, temporibus eiuſdem Caroli Calui, & ſcripſiſſe contra Amalarium Lugdunenſem, proinde is eſſe non poteſt qui Vſuardo antiquior fuit.

FOLMARVS Præpoſitus, Petræ Stillantis, ſeu Trieffenſteinii in Franconia infrà Herbipolim, vixit Sæculo XII. circa tempora Alexandri III. Pontificis Romani. Extat eius Epiſtola ſcripta ad
** Domnum Eberardum Salzburgenſem Archi. præſulem, tomo quarto, parte ſecunda, col. 845. Sequuntur ſex aliæ Epiſtolæ contra Folmarum eundem, quib. eius delirium de Sacramento Euchariſtiæ refellitur, ibidem. Primùm editæ ex manuſcrip. Monaſterii Raitenbaſlenſis, ſeu Rottenhaſlenſis in Bauaria inferiore.

Beatiſſimus & Seraphicus P. N. FRANCISCVS Aſſiſias (quæ ciuitas eſt in Vmbria) primus Inſtitutor ſui Ordinis, toto orbe ſanctitate clariſſimus floruit circa initium Sæculi XIII. & obiit anno 1226. Scripſit aliqua pia Opuſcula, ex quibus extant: Verba ſacræ Exhortationis ad Fratres omnes, tomo 5. col. 823. Laus Domini Dei altiſſimi, col. 826. e. Oratio ad Deum vna, & binæ ad B. Virginem, colum. 827. Verba ipſius ad humilitatem, obedientiam, &c. inducentia, ibid. Epiſtola ad Sacerdotes ſui Ordinis, ibidem: Teſtamentum ipſius ſancti Franciſci, col. 829. Laudes eiuſdem Teſtamenti, Authore Anonymo, col. 831. Oratio, ſeu Expoſitiu ſuper *Pater noſter*, ibid.

FRECVLPHVS Monachus S. Benedicti & poſteà Lexouienſis Epiſcopus, floruit Sæculo
† IX. circa annum Dom. 830. tempore Ludouici Pii Imperat. † Scripſit Hiſtoriarum Chronolog. tomos duos: Primum Eliſacharo præceptori ſuo dicatum, & diſtributum in libro 7. cuius meminit Trithemius, qui continet res geſtas ab orbe condito, vſque ad Octauiani Cæſaris tempora & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti Natiuitatem. Habetur tomo decimoſexto, pag. 122. Alterum ad Iudith Auguſtam ſcriptum, itemque diſtributum in libros 5. qui continent res geſtas à Natiuitate Chriſti, vſque ad Regna Francorum & Longobardorum, extatque tomo eodem, pag. 203.

FVLBERTVS Carnotenſis Epiſcopus, floruit Sæculo XI. anno Domini 1010. Obiit verò anno 1038. ſecundum aliquos, & 1039. ſecundum alios Scripſit Epiſtolas multas, Sermones multos ad populum, & Hymnos aliquos, extant hæc omnia ex Manuſcrip. Codice Biblioth. Regii Colleg. Nauarræ, Petri Petauii & Nicolai Fabri, ſtudio Caroli de Villiers Doct. Theolog. Pariſienſis edita, anno 1608. & Notis illuſtrata. Tomo 3. col. 430. & tomo 8. col 847. extat Poëma in die Paſchatis. Habes tom. 3. citato, col. 431. Teſtimonia ex probatiſſimis Author. excerpta, quibus probatur quis fuerit Fulbertus Epiſcopus & col. 532. Notas in Epiſtolas eius.

D. FVLCO, cognomento Bonus, Comes Andegauenſis, floruit Sæculo X. ſcripſit Epiſtolam ad Venerabilem & S. Patrem Odonem, Dei gratia, Cluniacenſem Abbatem, tomo 7. columna 635. **

G

S. GALLVS Abbas & Confeſſor Diſcipulus ſancti Columbani, (cuius vitam conſcripſit Walafridus Strabo) floruit Sæculo VII. ſub Chlotario rege Galliarum, habuit † Sermonem, *Conſtantiæ* dictum, in Templo ſancti Stephani in Conſecratione Ioannis Epiſcopi Conſtantienſis, qui extat tomo 15. pag. 678. Hic Author per incuriam Sæcul. VI. poſitus erat in Indice Colonienſis edit. cùm eſſet ponendus Sæculo VII. Obiit. n. anno Dom. 640. Vide Martyrolog. Baronii 16. Octobris. †

DOM. GALO S.R.E. Cardinalis, Pariſienſis Epiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus, floruit Sæculo XI. ſub finem, & ſub initium ſequentis: extat in indice Chronolog. primus in Sæculo XI. cit. Fecit quaſdam Conſtitutiones, quæ habentur tomo ſexto, col. 418. de eo ſcripſit Yuo Carnotenſis Epiſt. CXXII. ad Paſchalem Pont. Max. cuius verba poſuimus in fronte Conſtitutionum, columna 417. Item, ad eundem Galonem, vt Apoſtolicæ Sedis Legatum & Epiſcopum Engoliſmenſem, ſcripſit Hildebertus Cœnomanenſis, Epiſtola XXXVIII. **

GALTERVS primus, Archiepiſcopus Senonenſis LIII. floruit circa initium Sæculi X. compoſuit quaſdam Conſtitutiones in Concilio à ſe habito, quæ extant tomo ſexto, col. 420 Eudonem Robesti Comitis Andegauenſis filium Galliæ Regem conſecrauit. Obiit Anno Chriſti 923. **

GAVDENTIVS Brixienſis Epiſcopus, ſucceſſor Philaſtrii Sæculo IV. circa annum 390. iuxta Bellarm. in lib. de Script. Eccleſ. Etiam ſæculi quinti dicitur. De eo multa Baron. anno 386. num. 6. & ſequentibus, Tempora ſua indicat deſcribitque his verbis, in Præfat. ad Beniuolum: *Nec mirum ſi hodie taliter in timore Domini conuerſeris, &c. Vt imbutum te admirabilibus doctrinis, Apoſtolici per omnia viri Patris noſtri Philaſtrii, &c. noſtri namque temporis regina Iezabel, Ariana perfidiæ patrona ſimul ac ſocia, cum beatiſſ. Ambroſium Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtitem perſequeretur, te quoque ea tempeſtate Magiſtrum memoriæ, oblitum fidei ſalutaris arbitrata &c.* Scripſit Tractatus ſiue Sermones 17. in varia Scripturæ loca, qui extant, tomo 2. col. 1. & ſeq Reſponſionem ad Germinium *de Villico iniquitatis* ex Luc. 16. col. 63. & reſponſionem ad Paulum Diaconum de eo quod Dominus Ieſus dixit Apoſtolis, *quia Pater maior me eſt*, Ioan. c. 14. v. 28. tomo eodem, col. 68.

GELASIVS I. Papa vixit Sæculo V. & ſedit in Apoſtolica ſede ab anno Dom. 492. vſque ad annum 496. multa ſcripſit quæ extant alibi. Putatur à quibuſdam ſcripſiſſe Librum de duabus in Chriſto Naturis, aduerſus Eutychem & Neſtorium, qui ſub nomine Gelaſii circumfertur, tomo 4. col. 415. ſed vide quæ ibi prænotata ſunt ex Bellarmino, qui in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. oſtendit librum hunc non eſſe Gelaſii Papæ. Eſſe vero potius Gelaſij Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopi, pluribus argumentis efficit D. Melchior Canus, locorum Theologicorum libri 6. cap. 8. in Reſponſione ad Argument. 9. cap. 1. Quo in libro ſedulò obſeruari debet i dictione vltima lineæ 10. ante teſtimonia Veterum de 2. naturis in Chriſto, pro, *Sedem Apoſtolicam*, legendum eſſe (non in hac editione, vt inconſultò mihi excidit in indice Chronologico, ſed in alijs prioribus editionibus) *Fidem Apoſtolicam*. Opus illud *de duobus Naturis*, eſſe ſancti Gelaſii primi, Rom. Pontificis, fermè omnes orthodoxi recentiores conſentiunt.

GEORGIVS Piſides, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus & Chartophylax, ſeu Referendarius; claruit Sæculo VII. temporibus Heraclii Imper. cuius etiam Perſicum bellum deſcripſit, & alia quæ recenſet Suidas & Nicephor. lib. 18. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 48. * Scripſit (non Senariis, vt incautè irrepſit io indice Chronologico ſed) Iambicis verſibus, inter alia, quæ non extant, Opus ſex dierum, quod habetur Græcè & Latinè, interprete Federico Morello, tomo 14. pag. 389. & ſeqq. Habentur etiam eiuſdem ſenariorum Fragmenta aliqua, ex Suida & aliis Scriptoribus, tomo eodem, pag. 436.

GEORGIVS Scholaſticus, ſiue Gennadius, vir inter Græcos doctiſſimus & ſapientiſſimus, Patriarcha Conſtantinopoleos, nouæ Romæ, vixit Sæculo XV. anno 1440. ſeu, ipſo excidii Conſtantinopolitani tempore, Mahumeti Regi Turcarum familiaris tunc. Scripſit Orationes quatuor,

de Pace inter Græcos & Latinos ineunda, quæ habētur Græcè & Latinè. poſt Concilium Florentinum in quarto tomo Conciliorum, ex editione Antonii Hierati anni 1618. ſeu in octauo tomo eorundem conciliorum ex editione Pariſienſi Morellianâ anni 1636. Scripſit præterea Confeſſionem. ſiue Sermocinationem, habitam cum Sultano Mahumete Turca de recta & inculpata Chriſtianorum Fide, tomo quarto, columna 949. Quæ Confeſſio tranſlata eſt in Turc-Arabicam Linguam, ab Achmate Berrhueæ Prætore, qui Mahumetis Zelobi Commentarienſis Pater fuit. Extat etiam to. eod. col. 956. Libellus de Articulis noſtræ Fidei ad eundem Mahumetem. Item, eiuſdem expoſitio pro ſancta & Oecumenica Synodo Florentina, & defenſio quinque Capitum quæ in Decreto eius continentur, ad Græcos, Fabio Beneuolentio Senenſi interprete, tomo citato, columna 959. Denique extat eius Oratio ad vnum & trium perſonarum Deum, col. 1056. Vitam ipſius Gennadi, poſuimus in fronte eius Operum, col. ſcilicet 949. tomi citati. Nec-non annotationes Poſſeuini in Apparatu ad Sacram Bibliothecam in eiuſdem Dialogum, & aliaquædam ex Turco-Græciæ 1. Libro.

GERARDVS Zurphaniensis, natione Belga, Vir pius ac eruditus, ſecundum nunnullos Canonicus Regularis, floruit Sæculo XIV. anno Domini 1390. Claruit in Gymnaſio Colonienſi, & varia ſcripſit, ex quibus extant Opuſcula duo ſpiritualia, ad vitam corripiendam, rectéque inſtituendam quibuſuis accommodata. I. de Reformatione interiori, ſeu virium animæ, in LIX. Capita diſtributum, tomo quinto, colum. 839. II. de ſpiritualibus Aſcenſionibus, LXXI. capitibus diſtinctum, tomo eodem, columna 879. Vide quæ de illo annotauimus initio eius Operum, ibidem, columna 833. excerpta ex Catalogo Script. Eccleſiaſt. Abbatis Spanhemen.

GERBERTVS primùm Remorum, dein Rauennatum Archiepiſcopus, poſteà Romanus Pontifex Sylueſter Secundus dictus, vixit Sæculo X. & XI. de quo multa Baron. in Anna!. & Seuer. Binius in Concilijs, ſcripſit ante Pontificatum Epiſtolas breuiores plures, quas ex Bibliotheca Papyrij Maſſonii habes tomo tertio, columna 687.

GERMANVS Confeſſor, ex Cyzinenſi Epiſcopo, Conſtantinopolitanus Patriarcha, vixit Sæculo octauo, temporibus Gregorij ſecundi Papæ, & Leonis Iſaurici, ſeu Coronis Imperatoris Hæretici, à quo & eiectus eſt Patriarchatu & in exilium actus. Vide hæc de re tomo 12. pag. 689. in marg. Multa, vt ait Bellar. in lib. de Script. Eccleſiaſt. propter ſacras imagines & fecit egregiè, & pertulit fortiter: tandem nonagenarius in exilio mortuus eſt an. Do. 730. vt videre eſt apud Bellarm. loco cit. Niceph. in Chronol. & Zonaram in Annal. Scripſit etiam multa, ex quibus nunc extant Græcè & Latinè, * Theoria Rerum Eccleſiaſtic. tomo 12. pag. 375. vbi teſtimonium eius ſanctitatis in titulo exhibetur. Habes etiam tomo eodem, pagina 689 Eiuſdem Patris, in tres Sermones, Præſentationis, ſcilicet, Natiuitatis, & Dormitionis diſtributum, * Encomium ſanctiſſimæ Dei-paræ, Petro Pantino interprete, quod tamen Iacob. Gretſerus Societatis IESV, in notis ad libros ſuos de Cruce, putat eſſe alterius Germani, ſicut & ipſam theoriam. Eiuſdem nomine & Petri Lao licenſis, Latine tantum editus eſt Commentariolus quidam in Orationem Dominicam: huius Bibliothecæ tomo primo, culumna 369. quem ad verbum, tranſcriptum & expreſſum habes in illa eadem Rerum Eccleſiaſticarum Theoria, tomo anteà deſignato, pagina 404 Fertur etiam ipſius eſſe † Fragmentum quoddam contra Hæreſes ad Anthimum ab Henr. Caniſio editum, quod habetur tomo 15. pag. 709. e1. Ibidem reperitur Oratio ſub eodem nomine *in primam ieiuniorum* &c. Attilius eſſe non videtur, ſed alterius qui floruit Sæculo XII.

GERMANVS Patriarcha Conſtantinopolitanus, diuerſus ab illo ſuperiori; vixiſſe creditur Sæculo duodecimo, tempore Alexij Comneni, ſcripſit, præter alia, † Orationem in primam Ieiuniorum Dominicam, & in Sanctarum & venerabilium Imaginum reſtitutionem, quam mox diximus etiam tribui alteri Germano à nonnullis. Extat à R.P. Iacobo Gretſero Societ. IESV edita, tomo decimoquinto, pagina 721. a 2. Circa opera horum Germanorum controuertitur inter Authores.

GILDAS cognomento Sapiens, Abbas & Confeſſor, floruit Sæculo quinto, teſte Bellarm. circa annum Dom. 465. Scripſit, de Excidio & Conqueſtu Britanniæ qui incidit in annum Domini 445. Librum, ſiue Epiſtolam, quæ extat, tomo 5. col. 389. item Reprehenſionem actem ad Clerum Britanniæ extat col. 407.

GOFFRIDVS Abbas Vindocinenſis, & Cardinalis tituli S. Priſcæ ab Vrbano ſecundo, creatus, vixit Sæculo XII vſque ad extrema tempora Honorij ſecundi, P. M. vt conſtat ex epiſt. Honorij ad ipſum. Putant nonnulli etiam vitam produxiſſe vſque ad ſucceſſorem eius Innocentium ſecundum Pontif. Scripſit † Epiſtolarum libros quatuor, † Opuſcula XVII. † Sermones XII. quæ omnia ex recognitione & cum Notis Iacobi Sirmundi Societ. IESV, extant tomo 15. pagina 487. & ſeqq

GREGENTIVS Archiep. Tephrenſis * Diſputationem habuit cum Herbano Iudæo, quæ, vt videtur, ab alio quodam ſcripta, extat Græcè & Latinè interprete Nicolao Gulonio, tomo 11. pag. 194. Hunc authorem quinto ſæculo poſuimus, ſecuti Bignæum. Nobis tamen videtur vixiſſe

poſt Iuſtini

poſt Iuſtini Imperatoris tempora. Nam ea quæ in fine Dialogi de conuerſione Iudæorum habet, videntur contigiſſe poſt debellatum Dunam Hebræum Homeritarum Regem, & reſtitutos in ea regione Reges Chriſtianos ope Eleſboam Regis Æthiopum, quod contigiſſe tempore Iuſtini Imperatoris patet ex Procopio libro 1. de bello Perſico, & Narratione quadam de Chriſtianis Homeritis à Iudæis interfectis, quæ habetur apud Surium 24. Octobris.

GREGORIVS Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, impius & Schiſmaticus, Romanæ Eccleſiæ perduellis, de quo vide quæ tomo 9. colum. 679. prænotata ſunt à Mag. ſacri Palatii, vixit Sæculo XI. ſcripſit Animæ contra Corpus in Iudicio contendẽtis librũ inſcriptum Proſopopœiam, id eſt, ex habitis per fictionem perſonarum orationibus, ſtylo mixto, Dialogico, & maximè iudiciali, qui extat tomo eodem, col. 679. citata & ſeqq. ſed deleantur in ſuperſcriptionibus pagin. & indice Authorum præfixo ad tomo cit. litteræ (S. P. N.) quæ per errorem relictæ fuerunt.

S. GREGORIVS Papa floruit Mauritii & Phocæ Imperatorum temporibus, Pontificatum iniit Sæculo VI. circa annum 590. obiit anno 604. Pontificatus XIV. Sic putat Bellar. in libro de Scriptorib. Eccleſiaſticis. Multa ſcripſit ex quibus hîc poſuimus tantùm Diuinum Officium, ſeu Liturgiam, quam Eccleſiæ, vt *Formulam Miſſæ*, reliquit, & quam Græci *Dialogum* cognominant, cum interpretatione Græcâ Georgii Codini, tomo 12. pag. 325. **

S. GREGORIVS tertius Pontifex Maximus, vixit Sæculo octauo, & iniit Eccleſiæ Catholicæ Pontificatum, ad Annum Chriſti 730 vel 731. Extat Excerptum ab eo editum, ex Patrum dictis, Canonumque ſententiis de diuerſis Criminibus, & remediis eorum, tomo 6. col. 399. Scripſit & Commonitoria dicata Leoni & Conſtantino Imperantibus Iconomachis, ait Sigebertus libro de Viris Illuſtribus cap. 76. Præter alios autem verſatus eſt in illo eodem argumento, ſcripſitque librum Pœnitentialem, ſecundum decreta Canonum, ad Ebbonem Rhemenſem, vt notat idem Sigebertus, libro eodem de Viris Illuſtr. cap. 123. **

GVIBERTVS Abbas Gemblenſis, non ille Rauennæ Epiſcopus, qui ab Henrico Antipapa conſtitutus eſt, Anno 1084. claruit Sæculo IX. Scripſit Apologiam de ſancto Sulpitio Bituricenſi Archiepiſcopo, quæ manu exarata Louanii in Valle Martinianâ adſeruatur: Cuius extat Fragmentum tomo 7. col. 165. Teſtatur ipſemet Sigebertus, ſe vitam illius Abbatis ſcripſiſſe, & plures diuini eius Officii partes ordinaſſe & arte muſicâ mellificaſſe. Libro de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 172. **

Formula reuocationis quorundam Errorum factæ Pariſiis, per Fr. GVIDONEM Ordinis Heremitarum ſancti Auguſtini actu legentem Pariſiis, Sententias in Scholis dicti Ordinis, Sæculo XIV. anno Domini 1354. 15. Menſis Maii, tomo 4. col. 941.

GVIGO Quintus Prior Carthuſiæ, floruit Sæculo XII. ſcripſit aliqua quæ recenſent Trithemius Abbas Spanheimenſis, & Petrus Dorlandus Carthuſianus, † Meditationes ipſius piiſſimæ extant ex editione Antuerpienſi, & ex eodem Ioanne Trithemio, tomo 15. pag. 788. †

GVILLIELMVS I. Pariſienſis Epiſcopus LXIII. vixit XIII. Sæculo, Vrbani IV. P.M. temporibus, damnauit Errores deteſtabiles aliquot contra Catholicam veritatem, anno Dom. 1240. tomo 4. col. 925. e. Item, eius aſſertiones oppoſitæ Erroribus, extant col. 927. b. Plurima illius opera recenſet Bellarm. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt.

Fratris GVILLIELMI Moritæ, ſeu Minoritæ poſtmodum Conſtantienſis Epiſcopi, Errores damnati Pariſiis, Sæculi XIII. Anno 1240. Extat eorundem Errorum & Palinodiæ breuiculum, tomo 4. col. 927. c

GVILLIELMVS IV. Pariſienſis Epiſcopus LXXXI. floruit circa initium Sæculi XIV. obiit anno 1320. Pontific. XV. Extant eius (ni fallor) Synodales Conſtitutiones, tomo 6. col. 418. ſub nomine WILLELMI PARISIENSIS.

D. GVITMVNDVS ex Monacho Monaſterii Crucis Hectonis, ſiue ſancti Leufredi, Ordinis ſancti Benedicti apud Ebroicenſes Normanos, S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcop. Auerſanus: vixit Sæculo XI. poſt medium Gregorio VII. P.M. vt ipſe teſtatur initio primi libri de Euchariſtiâ: ſcripſit enim de Corporis & Sanguinis Chriſti veritate in Euchariſtia, libros tres, interlocutoribus ipſo Guitmundo & Rogerio Benedictini Inſtituti Confratribus, tomo 6. col. 215. De ſancta Trinitate, Chriſti Humanitate, corporiſque ac Sanguinis Domini noſtri veritate Confeſſionem: tomo eodem, col. 265. omnia per Ioannem Vlimerium Louanienſem, à mendis repurgata, &c. Eiuſdem ad Guillielmum primum Regem Anglorum, cum Epiſcopatum recuſaret, Oratio, colum. 395. Hæc Guitmundi opera ſeorſim etiam habentur excuſa cum Lanfranci & Algeri libris. Vita eius extat ex Ioanne Trithemio, tomo citato columna 215. Item, plura de eo diſcere poteris in Apparatu Sacro Poſſeuini, & in Orderico Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, libro quinto, capite 17.

H

HALIGÆRIVS, ſiue Halitgarius Epiſcopus Cameracenſis, vixit Sæculo IX. circa Annum Domini 830. tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit Libros v. de Virtutibus & Vitiis, & ordine Pœnitentium ex Manuſcr. Monaſterii ſancti Galli & tomis antiquæ Lectionis Henrici Caniſii, extant tomo 5. col. 952. Eiuſdem Pœnitentiale, ſiue alterius incerti Authoris, cum Epiſtolâ Hurmiſdæ Papæ, tomo eodem, col. 990.

HARMENOPVLVS. vide ſuprà, Conſtantinus Harmenopulus.

HEGESIPPVS, ſiue ſit ille Iuſtini æqualis, quem Euſebius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libro 4. capite 11. apud Anicetum PP. vixiſſe tradit contra opinionem Renati Laurentii, ex eo quod libro tertio cap. 5. ait Antiochiam tertio loco anteà ex omnibus quæ in orbe Romano eſſent ciuitatibus æſtimatam, quarto demum cenſeri poſtquam Conſtantinop. excreuit Ciuitas Byzantiorum: ſiue ſit alius quidam, quem poſt Conſtantini tempora ſcripſiſſe conſtat ex cap. 1. libro 3. ſcripſit multa, è quibus de bello Iudaïco & vrbis Hieroſolymitanæ excidio, libri 5. extant, tomo 7. col. 383. Poſuimus eum ſub finem Sæculi II. nec-non & Sæculi IV. quia voluimus hanc controuerſiam lectori diiudicandam relinquere.

Author Apocryphus Sæculi I. S. HERMA, Hermes, ſiue, Hermen qui D. Pauli Diſcipulus fuit, & cuius meminère idem D. Paulus in Epiſtola ad Romanos & Martyrologium Romanum, ſcripſit eius operis quòd à Patribus PASTORALIS, ſeu, PASTORIS nomine inſcribitur & citatur libros 3. adiectis operis initio frequentibus antiquorum Patrum teſtimoniis, quibus eius authoritas & fides aſſeritur, ad marginem vero adſcriptis locis ex Origene, in quibus huius operis aliquot ſententias citat, quas ſæpe etiam non dedignatur interpretari: extat hoc opus, tomo quinto, columna 1.

HESYCHIVS ſiue Iſichius Epiſcopus Hieroſolymitanus, vixit Sæculo VII. tempore ſancti Gregorii: nam ad eum eſt Epiſtola 40. Libri 9. ex regiſtro eiuſdem ſancti Gregorii. Neque alius inuenitur Epiſcop. Hieroſolymæ, qui dicatur Heſychius, vel Iſichius, ante iſtum: teſte Bel-
* larmino in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Hic igitur ſcripſit* Sermones duos de beata Virgine, quorum ſecundus hunc titulum tantum habet *eiuſdem de eadem*, D. Ioanne Pico V. C. interprete, qui extant Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 661. & ſequentibus. Item, Sermonem de ſancto Iacobo fratre Domini, cuius meminit Photius in ſua Bibliotheca, ſed non videtur extare. Σχόλια in duodecim Prophetas Minores, & Iſaiam, ſed hoc opus necdum quod ſciam, eſt Latinè
* editum. *Extat etiam ſub nomine Heſychii Presbyteri ad Theodulum, Sermo compendioſus, animæ perutilis, de Temperantia, & Virtute: quæ dicuntur ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικά, hoc eſt, de ratione reluctandi & precandi, quem poſuimus Græcè item & Latinè, tomo 12. pag 985. & ſeqq. vtrum tamen hic Sermo, perinde ac prædicti duo de B. Virgine ſint Heſychii Hieroſolymitani, nobis adhuc eſt incõpertum, cum plures fuiſſe Heſychios Presbyteros ſcriptores Eccleſiaſticos, conſtet
† ex Bibliotheca Photii. Habemus etiam ſub nomine Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani, † orationem demonſtratiuam, in ſanctum Andræam Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete, tom. 15. pag. 821. d 2. ex editione Lugd. Thomæ Galleti. Putant nonnulli hunc Heſychium Presbyterum eſſe eundem qui ſcripſit Commentaria in Leuiticum, quem Epiſcopum Hieroſolymitanum appellat Strabus Monachus præfatione Gloſſæ ordinariæ in Leuiticum; eumque exiſtimant ex Presbytero Hieroſolymitano factum eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum, eſſéque illum Heſychium qui in ordine Hieroſolymitanorum Epiſcoporum numeratur quinquageſimus omnus, in Chronologia Nicephori: De his Conſule Apparatum Poſſeuini.

HIERONYMVS de ſancta Fide, vixit Sæculo XV. Anno Domini 1412. ex Iudæo Chriſtianus factus, & poſteà medicus Benedicti XIII. Maximi Pontificis, ſcripſit Tractatus contra Errores Iudæorum, & contra Thalmudiſticas quiſquilias, ex cuius recitatione vltra quinque millia Iudæorum conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, extant tomo 4. I. col. 741. II. col. 775. Vide quæ ibidem in fronte prænotauit M.D.L.B.

S. HIERONYMVS Presbyter & Eccleſiæ Doctor, floruit Sæculo IV. anno xiv. Theodoſii, vt ipſe teſtatur in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis extremo. Obiit Honorio imperante,
** anno Domini 422. ætatis ſuæ 91. ex Chronico ſancti Proſperi, vel anno Domini 420. ætatis 78. ex Annal. Cardin. Baron. vt refert etiam Bellarmin. in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. in S. Hieronymo. Reperitur in Appendice ad indicem Chronologicum. Multa ſcripſit. Ex eius Operibus hic exceptas quaſdam Epiſtolas poſuimus, quas ſcripſit ad Theophilum Alexandrinæ vrbis Epiſcopum. extant tomo tertio, I. columna 81. II. tomo eodem, columna 114. III. & IV. columna 115.

S. HILARIVS Pictauorum Epiſcopus, S. Athanaſii æqualis fuit: floruit Sæculo IV. an. Domini 355. plurima ſcripſit quæ recenſet Bellarm. in libro de Scriptorib. Eccleſiaſticis, vbi multa de eius Operibus diſputat: hîc extat • Fragmentum Græcè & Latinè, quod poſt Pentecoſten in Feſto ſanctiſſ. Trinitatis recitatur, ex quodam eius Sermone qui non extat inter edita Opera ipſius, tomo 11. col. 543. Reperitur inter Authores Sæculo IV. Appendicis noſtræ.

S. HILDEBERTVS ex Cœnomanenſi Epiſcopo, factus Archiepiſcopus Turonenſis. De quo multa è tomo 11. & 12. Annalium Eccleſiaſticorum poteris intelligere: floruit tempore Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi, & Vrbani II. Sæculo XII. circa annum Domini 1100. Clarus quoque habitus eſt tempore Honorii ſecundi Pontificis, ad quem etiam Epiſtolam miſit: Eius extant Epiſtolæ in hac Scriptorum Eccleſiaſticorum Bibliotheca primum editæ, & argumentis ad ſingularum Epiſtolarum capita adiectis illuſtratæ per M. D. L. B. tomo 3. col 173. Eiuſdem Hildeberti Proſa de Natali Domini, tomo eodem, col. 254. Verſus de Myſterio Miſſæ, col. 257. & tomo decimo, col. 839 Sermo in illud Iſaïæ 35. *Tunc aperientur oculi cæcorum, &c.* col. 267. Item, in illud Lucæ 12. *Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.* Sermo Synodicus ad Paſtores, col. 269. Scripſit vitam Hugonis Abbatis Cluniacenſis: quam, quia noſtri inſtituti non eſt, Vitas Sanctorum hîc ponere, omiſimus. Scripſit & alia quædam, quæ recenſet Poſſeuinus, ſed extare non putamus Ad eum extat vna Epiſtola Sancti Bernardi, qua eum hortatur vt Innocent. II. ſicut verum Pontificem agnoſcat, & veneretur. Hunc appellat Hildebertum de Lauerdino; ob ſcientiæ prærogatiuam promotum priùs in Epiſcopum, deinde in Metropolitanum: meminitque illius, & Wichardi Lugdunenſis Canonici: vt verſificatorum præſtantiſſimorum: Bernardus Cluniacenſis in Præfatione Libri de Mundi Contemptu, ad Petrum venerabilem Abbatem Cluniacenſem. Compendio deſcripſeram vitam ſancti Hildeberti, ex libro Pontificali Cœnomanenſi ante multos annos, ſed petiit mihi. Claruiſſe autem illum tàm Proſa quàm metro, & expoſuiſſe metricè totum Miſſæ ordinem, ac præter à diuerſas ad diuerſos Epiſtolas verborum venuſtate comptas & elegantes (ſcilicet, etiam ſuprà quàm ferebant tempora) ſententiis vtiles, & rethoricis coloribus adornatas, meminit Henricus de Gandauo libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis capite 8. Quorum omnium loca ſuprà indicauimus, tomo 3. ſcilicet, col. 173. & ſeqq. Plures autem illius de ſanctiſſ. Trinitate, & aliis argumentis verſus, exſcripſit ſanctus Antoninus, Speculi Hiſtorialis, par. 3. tit. 16. cap. 9. §. 1. aliquot & ſequent.

HILDEPHONSVS, ſiue Ildephonſus, vel (vt alii legunt) Illephonſus & quidam, Alphonſus Sæculo VII. floruit Archiepiſcopus Toletanus, poſt Eugenium ſecundum Anno Chriſti 661. cum iuiſſet anteà Epiſcopatum anno 658. tempore Vitaliani Papæ. Obiit verò anno 667. teſte Bellarm. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis: de eo etiam loquitur multa Baronius tomo 8. Annalium. Scripſit plurima Carmine & ſoluta Oratione, ex quibus extant, Liber de illibata Virginitate ſanctæ ac glorioſæ genitricis Dei Mariæ, contra Infideles, ordine Synonymorũ conſcriptus, tomo nono, columna 91. Eiuſdem, Liber contra eos qui diſputant de perpetua Virginitate ſanctæ Mariæ, & de eius Parturitione: tomo eodem, columna 135. Homilia eiuſdem, contra eos qui mendosè affirmant Mariam Virginem, contra Legem, Dominum peperiſſe: eodem tomo, columna 142. Eiuſdem Sermones ſex de Aſſumptione beatiſſimæ & glorioſæ Virginis Mariæ: eodem tomo, columna 144. Eiuſdem, Sermo in Natiuitate beatæ Mariæ Virginis, tomo eodem, columna 168. & de Purificatione Sermo, tomo eodem, columna 172. omnia partim primùm edita, partim verò ad Manuſcr. Codices collata & emendata per R. P. F. Franciſcum Feu-ardentium, Theologum Doctorem Pariſienſem. Extat etiam inter Opera ſancti Iſidori Hiſpalenſis Libellus de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſub nomine ſancti Hildephonſi. vide plura tom. 9. col. 92. in titulo.

HINCMARVS Rhemenſis Archiepiſcopus, de quo multa Baronius tomo decimo Annalium, & Poſſeuinus in Apparatu Sacro & alii: vixit Sæculo IX. paulò pòſt medium tempore Nicolai I. Pontificis, cuius extant Epiſtolæ ad Hincmarum, & Hincmari ad ipſum, & tandem obiit Hincmarus anno Domini 882. cum ſediſſet annis triginta ſeptem: teſte Flodoardo in Hiſtoria Rhemenſi. Multa eius opera enarrat Bellarminus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis Scripſit † Epiſtolas ad diuerſos, quæ ex Manuſcr. membranaceo codice Bibliothecæ nobil. & Cathedralis Eccleſiæ Spirenſis deſcriptæ ſunt, ex recognitione Ioannis Buſæi Societatis IESV, extant tomo 16. pag. 380. & ſeqq. † Item, ex emendatione Ioann. Cordeſii Eccleſiæ Lemouicenſis Canonici, extant pag. 438. & ſeqq. † eiuſdem Hincmari Opuſcula LV. capitum & alia, nec-non & ipſius Epiſtolæ, & aliorum ad ipſum, pag. 440. † Item, eiuſdem de Diuortio Hlotarii & Thetbergæ, pagina 541. † Item eiuſdem aliæ Epiſtolæ, pag. 581. & ſeqq.

HIPPOLYTVS primùm Metropolitanus Arabiæ, poſtea à Calliſto primo Pontifice, factus Portuenſis Epiſcopus, & deinde Martyrio affectus eſt Sæculo tertio, ſcripſit multa quæ enumerantur ab Euſebio, Hieronymo, Photio, & aliis; ſed pleráque interierunt: nunc extat • oratio ſiue de conſummatione mundi & Antichriſto, & ſecundo aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ho-

milia Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 586. Excerpta quædam ex libris eius de Theologia & Incarnatione, & liber contra Beronem & Hericem hæreticos per Henricum Caniſium, tomo quarto, parte ſecunda, columna 951 † Homiliæ de Deo trino & vno, & de myſterio Incarnationis contra † hæreſin Noëti per Geraldum Voſſium, interpret. Ioanne Pico Pariſienſi Præſide, tomo 15. pagina 620. Demonſtratio contra Iudæos apud Poſſeuinum in verbo, Hippolytus Martyr, quam, quia Poſſeuinus in omnium manibus verſatur, hic omiſimus. Reperti etiam ſunt, ait Sixtus Seneoſis, ſuperioribus annis Baſileæ Commentarij quidam in Apocalypſim Hippolyto adſcripti, de quibus ob eruditionis & ſtyli inopiam ambigitur.

HIPPOLYTVS Thebanus, vixit Sæculo nooo, paulò pòſt medium tempore Metaphraſtis: † ſcripſit † Chronicon, cuius fragmentum, primùm ex codice Manuſcr. Bibliothecæ Sereniſſimi Maximiliani Principis Bauariæ, &c. per Henricum Caniſium SS. Canonum Profeſſorem Ingolſtaldii editum, extat tomo decimoſexto, pagina 806. ad illud Notæ, tomo eodem, pagina, 808.

HONORIVS Auguſtodunenſis Eccleſiæ Presbyter, floruit Sæculo XII. alij eum in Sæcul. XIII. reijciunt, vt Bellar. Lib. de Scripr. Eccleſ. vult enim eum claruiſſe circa ann. Do. 1220. & quidem ſecundum Tritbemium: quod non repugnat, cum vtroque tempore viuere potuerit. Scripſit plurima Philoſophica, & Theologica, ex quibus extat Ineuitabile, ſiue de Prædeſtinatione & Libero Arbitrio Dialogus: erutus primùm & in lucem editus Antuerpiæ annum 1621. è Cœnobii S. Mariæ in Tongerlo Ordinis Præmonſtratenſis Bibliothecâ operâ V. P. Ioannis Conen, ſacræ Theol. Licent. ibid. Prioris, tomo 9. col. 1141. Habetur etiam in eum Dialogum Præfatio, colum. ** 1135. Extat ſub eius nomine, ** de Diuinis Officiis, ſiue de antiquo ritu Miſſarũ Liber, qui *gemma animæ* inſcribitur, tomo 10. 1179. qui liber in quatuor, alios ſubdiuiditur, primus, extat columna eit. ſecundus, qui eſt de Horis Canonicis, tomo eodem, colum. 1240. tertius, de Solennitatibus totius Anni, columna 1261. quartus denique, de Concordia Officiorum, columna 1298. Vide quæ circa eundem Authorem & librum annotauimus initio tomi 10. vbi vitæ & conditiones Authorum eiuſdem tomi compendioſè recenſentur.

HONORIVS primus Papa vixit Sæculo ſeptimo, ſeditque in Pontificatu, Heraclio Imper. In Actis ſeptimæ Synodi, vnà cum Sergio, Pyrrho, Cyro, & aliis, Monothelitarum hæreſeos accuſatus fuit: verum hanc ab illo calumniam depellit Ioann. IV. in Epiſtola ad Conſtant. in collectaneis Athanaſii, de eo etiam multa Baronius tomo 8. Annal. præſertim anno 645. vbi eum aduerſus varias calumnias deffendit. Scripſit Epigramma de Aſcenſione Domini ad Cœlos, Apoſtolis obſtupeſcentibus. Extat tomo 8. pag. 680. c 2. Idem Epigramma attribuitur ab aliquibus Honorio II. etiam Pontifici Maximo.

** S. HORMISDAS P.M. ſucceſſor ſancti Symmachi, Sæculo VI. circa ann. Domini 514. ſcripſit ad Poſſeſſorem Epiſtolam, tomo 4. col. 445. Cochleus & nonoulli alii à Ioanne Maxentio decepti exiſtimauerunt hanc ad Poſſeſſorem Epiſtolam non eſſe Hormiſdæ Romani Pontificis, ſed ab alio, eius nomine, ſalsò ſuppoſitam. At qui omnes Hormiſdæ Epiſtolas, in cauſa iſta Scytharum Monachorum (quæ habentur tom. 1. Epiſtola. Roman. Pontificum) vel leuiter legerit, ex nexu rerum geſtarum, ex ſtylo & verborum ſententiarumque proprietate, ex aliis denique certiſſimis ſignis, manifeſtiſſimè hanc germanam ac genuinam eſſe S. Hormiſdæ Epiſtolam agnoſcet. vide tomum 7. Annal. Eccleſiaſt. anno 520. cap. 22.

** HVGO de ſancto Victore Canonicus Regularis Lateranenſis, Ordinis Canonicorum Regularium Auguſtinianorum & Abbas, natione Saxo, vixit Sæculo XII. circa medium. Æqualis fuit ſancti Bernardi, vt ex Epiſt. ſancti Bernardi ad ipſum Hugonem conſtat. Scripſit plurima, ex quibus eſt Speculum de Myſteriis Eccleſiæ ix. capitibus comprehenſum. Extat tomo 10. col. 1333. Item libros, tres de Cæremoniis, Sacramentis, Officiis & Obſeruationibus Eccleſiaſticis Miſſarum, iuxta temporum & cauſarum varietatem, tomo citato, col. 1367. Eiuſdem putatur eſſe (quãquam hoc ſit controuerſum) Libellus de Canone myſtici Libaminis, eiuſque ordinibus, qui extat tomo eodem, col. 1424. Addo extare apud Cardin. Baronium inſignem Epiſtolam Hugonis ad Ioann. Archiepiſcopum Hiſpalenſem Apoſtatam à fide, tomo 12. ad Annum Dom. 1136.

HVGO Etherianus, natione Tuſcus, floruit Sæculo XII. anno 1170. Scripſit, de Anima corpore iam exuta, ſiue de Regreſſu Animarum ab inferis ad Clerum vrbis Piſæ, Librum vnum. Extat tomo 9. col. 389. Item de Hæreſibus quas Græci in Latinos deuoluunt: ſiue, quod Spiritus ſanctus, ex vtróque (Patre, ſcilicet & Filio) procedat; contra errores Græcorum, libros tres, qui extant tomo eodem, col. 435. & ſeqq. & quos, vt refert Bellarm. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. ex Baronio tomo 12. Annalium, ad Alexandrum III. Pontif. Maxim. miſit: Porro exinde patet ipſum claruiſſe ſub eodem Alexandro III. Pontifice, & Emmanuele Comneno Imperatore, quod etiam ex Genebrardi libro Chronographiæ, pagina 613. contra Trithemium alioſque exiſtimantes eum ſub Alexandro IV. floruiſſe clarè demonſtratur ex ipſius Authoris verbis quæ habentur in Præfatione libri de Hæreſibus quas Græci in Latinos, &c. Conſule locum, col. 388.

HVMBERTVS Epiſcopus Syluæ Candidæ S.R.E. Cardinalis, vir doctiſſimus, & Leonis IX. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Legatus, à quo anteà Romam ex Tullenſi Eccleſia adductus fuerat: floruit Sæculo XI. circa medium. Scripſit aduerſus Calumnias Michaëlis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Arch epiſcopi Achridani in Bulgaria, librum vnum, extat tomo 4. parte 2. col. 201. Aduerſus Nicetam Pectoratum Presbyterum & Monachum Monaſterii Studiani Conſtantinopol. (cuius librum contra Latinos editum refutat·) Librum vnum, ibid. col. 239. Commemorationem eorum, quæ contra Michaëlem Patriarcham geſſerunt apoſtolicæ Sedis Apochryſarii, & qualiter anathematizatus eſt Michaël cum ſequacibus ſuis, tomo eod. columna 250. Item, eiuſdem & Petri Amalfitanorum Archiepiſcopi, & Friderici Diaconi & Cancellarii, Epiſtola ad omnes Catholicæ Eccleſiæ filios, tomo eodem, col. 251. Omnia ex recognitione Henrici Caniſii, ex Sereniſſ. Maxim. Bauariæ Ducis Bibliotheca. Vide teſtimonia Scriptorum Eccleſiaſt. initio eius Operum.

I

S. IACOBVS frater Domini, Author Epiſtolæ, quæ inter ſeptem Canonicas prima eſt, Sæculo I. floruit, & compoſuit Diuinam Miſſam, cuius meminit Proclus Conſtantinopol. multi antiqui Patres, & Concilium Trullanum Can. 32. his verbis: *Nam & Iacobus Ieſu Chriſti Domini noſtri Frater ſecundùm carnem, cui primum Ieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus creditus, & baſilius Cæſareæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcripto tradito ſacrificio, peragendum in ſacro myſterio ex aquâ & vino Sacrum poculum ediderunt.* Extat hæc* Miſſa, ſed ab aliis aucta, Græcè & Latinè tomo 12. pag. 241. De authoritate & fide huius Miſſæ ſancti Iacobi, conſule Sixtum Senenſem lib. 2. Biblioth. In Iacobo, Claudium Sanctesium, & Iacobum Pamelium in Liturgiis. Conſtat S. Cyrillum Hieroſolym. Cathecheſi v. Myſtagog. plura ex illa mutuatum. Dicitur à quibuſdam hic Iacobus ſcripſiſſe Euangelium quod ſecundum Hebræos inſcribebatur, ex quo fragmenta extant apud Hieronymum. Scribit & S. Athanaſius in Synopſi, Iacobum in Euangelio Matthæi primùm omniũ interpretationẽ adhibuiſſe. Extat & nunc ſcriptum aliquod Apocryphum, quod Protoeuangelium Iacobi inſcribitur, ſed quia ab hæreticis noſtri temporis primò vulgatum eſt, omittendum putauimus.

IACOBVS de ſancto Georgio ad Velum aureum Diaconus Cardinalis Nepos Bonifacij octaui Pont. M. à quo ad Cardinalatum promotus eſt, vt ipſe teſtatur capite 2. libri quem ſcripſit, præter alia, dictum *de anno centeſimo, ſeu iubileo*, qui extat vnà cum Iulij Roſei Scholiis, tomo ſexto, columna 425. Eiuſdem de eodem Iubileo Carmina duo, primùm in hac Bibliotheca edita, tomo eodem, columna 437. Sequuntur tres Bullæ diuerſorum Pontificum in gratiam Iubilei conceſſæ adiectis notis dicti Roſei. Vixit autem Iacobus de S. Georgio Sæculo XIII ſub finem.

IDACIVS, ſiue Ithacius cognomento Clarus, Lemicæ vrbis Hiſpaniarum Epiſcop. Vixit circa Annum Do. 380. Scripſit librum aduerſus Varimundum Arianum, & difficiliorum quorumque Scripturæ locorum de Trinitate declarationem, tomo quarto, colum. 261. dicitur etiam eſſe ſæculi quinti, quem tamen Bellarm. Lib. de Script. Eccleſiaſt. ponit Sæculo quarto, vt poſui. Multa concutiunt, quibus perſuaſus facilè aſſentior, noſtrum hunc Idacium, illum eſſe quem Iſidorus in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. capite 2. Itacium Hiſpaniarum Epiſcopum, cognomento & eloquio Clarum, vt & eum ſequutus Honorius Auguſtod. qui Anicium dicit: Sigebertus verò, lib. de Viris illuſtr. caput 18. Idacium Lemicæ Hiſpan. Vrbis Epiſcopum: ac poſtremò, Seuerus Sulpitius ſacræ Hiſtoriæ lib. 2. (neſcio an Typographorum errore, cum in illa tota Priſcillianorum damnatorum narratione, nuſquam, alias Nardacij, ſed Idacij meminerit) Nardacium appellat: nam & Iſidoro conſentit Honorius, illum ſcripſiſſe, & Seuerus Sulpicius, illum inſtitiſſe acriùs contra Priſcillianum, & ob Priſcilliani accuſationem cum Vrſacio Epiſcopo, communione & exilio mulctatum: quod nec prætermiſit Sigebert. in Chronol. ad annum Chriſti 386. vbi rurſum, pro Itacio, Itachium dicit, vt & Marcellinus Comes, in Chron. (huius Biblioth. tom. 7.) Thrachiam, ſæpius pro Tracia. Cumque hic in Præfatione ſuâ dicat, *Arianos poſſe difficiliùs auerti à praui dogmatis curſu, & meliora ſectari, quia de infidelium Regum ſuperbiâ ſibi gloriarentur*, facilè potuit incidiſſe in Priſcillianiſtarum naſcentium tempora, quibus Maximus Imperator, primum Viennæ latere coëgit Valentinianum Imperat. iuſtiſſimam pœnam cum Iuſtinâ matre ſuâ luentem, quæ illum Arianâ hæreſi facilè polluiſſet, vt notat S. Ado in Chron. ad Annum 379. Alioqui ferendum non putarem, ſi quis illius temporis, Idacium cum Itacio confunderet: cùm, illum Soſubenſem Epiſcopum, in regiâ tueri ſe voluiſſe, ne quis ei crimini daret eius accuſatione & opera cuiuſcumque modi hominem fuiſſe damnatum, Idacium verò, ſponte ſe Epiſcopatu abdicaſſe dicat, aliiſque paribus iudiciis vnum ab altero diſtinguat: alioqui in vtrumque paulò iniquior Sulpitius Seuerus, Hiſtoriæ libro 2. & Dialogo 2.

IDELPHONSVS: vide ſuprà Hildefonſus, alii autem Illephonſum: & quidam Alphonſum, legunt.

IDIOTÆ ſub nomine, Vir quidam pius proprio, ex humilitate, nomine ſuppreſſo, ſcripſit Contemplationum, ſeu Orationum libros v. qui extant, tomo 5. col. 419. Regulas vitam Chriſtianam complectentes, tomo eodem, col. 471. Annotationes in Pſalm. 15. ibidem, col. 473. Contemplationem de B. Maria, ibidem, col. 477. Nos hunc Authorem Sæculo X. poſuimus ſecuti editionem Colonienſem, quo dicebatur floruiſſe, ex ſententia Cardin. Bellarmini. At vbi rem accuratiùs examinauimus, ipſumque Bellarminum conſuluimus, vidimus eum, primam ſuam de eo opinionem retractauiſſe, & exiſtimauiſſe poſteà, multo poſteriorem eſſe hunc Idiotam, Sæculi quippe XIV. quia in prooemio libelli de B. V. citat verba S. Bernardi ex ſermone II. Super *Miſſus eſt Angelus.* Itaque probabilius eſſe nobis videtur eum vixiſſe dicto Sæcul. XIV. ob rationes quas affert idem Bellarminus in libro, de Script. Eccleſiaſticis.

S. IGNATIVS Martyr, tertius poſt B. Petrum Antiochenus Epiſcopus fuit, vixit Sæculo I. & * II. habeturque hic inter Authores Sæculi I. ſcripſit* Epiſtolas quaſdam prorſus Apoſtolicas, quæ vnà cum epiſtolis B. Virg. ad ipſum extant Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 1. initio operis adiecto Ignatianæ vitæ & Doctrinæ ſummario breui, & ſparſim notatis locis pluribus quos ex illis Epiſtolis citauerunt Patres.

IOANNES Abbas Raythu, floruit ſæculo ſexto: contemporaneus ſancti Climaci: ſcripſit ad †† eundem † Epiſtolam quæ habetur tom. quinto, columna 179. † item eiuſdem ſancti Climaci Com- † mendationem circa librum de Paſtorali Officio, tom. eodem columna 738. & † Scholia in eundem columna 739. vt notauimus in Io. Climaco.

IOANNES Calecas Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui videtur vixiſſe XI. Sæculo, ſcri- † pſit † Sermonem de Dominicâ antè Exaltationem ſanctæ Crucis, qui ex Iac. Gretſero Soc. Iesv, habetur tomo 15. pag. 780.

IOANNES Carpathiorum Epiſcopus (quem quia Photius citat, poſuimus VII. ſæculo:) ſcri- † pſit ad Monachos ex India, eorum rogatu, † Capita Hortatoria, ſiue Documenta Spiritualia LXXXII. tomo 15. pag. 845. e1. Habentur etiam in indice Chronologico huius Bibliothecæ Sæculo XII. poſt Michaëlis Glycæ Opuſcula.

S. IOANNES Chryſoſtomus Magnus Eccleſiæ doctor, primùm in foro verſatus magnâ cum laude: deinde ex Aduocato Monachus, ex Monacho Presbyter Antiochenus ordinatus eſt anno ſecundo Valentiniani Iunioris & octauo Theodoſij Senioris, ex Presbytero Epiſc. Conſtantinopolitanus factus anno IV. Arcadij & Honorij, tandem anno 13 eorundem Impp. Epiſcopatus ſui 9. ** mortem obiit Sæculo IV. circa annum Domini 407. De his omnibus teſtem habemus Bellarminum in lib. de Script. Eccleſ. Opera eius quæ extant ſeparatim excuſa habentur, ex quibus hìc, tomo 12. pagina 299. Græcè & Latinè Gentiano Herueto interprete Liturgiæ, ſeu Diuini Sacrificij ritum exceptum poſuimus. Relatus eſt Io Chryſoſtom. Inter Authores Sæculi IV. Appendicis quam ſubiecimus indici Chronologico.

IOANNES cognomento Climax, ſeu Climacus, Scholaſticus, Abbas, & Monachus religioſiſſimus in Monte Sina. Vixit Sæculo VI. Circa annum ſalutis 560. vt teſtis eſt Bellarm. Lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis. Exiſtimant aliqui recentiores illum floruiſſe Sæculo IV. anno Dom. 340. Sed non putamus id eſſe verum. 1. quia nemo antiquorum hoc dixit. 2. id ex ipſius libro colligi non poteſt. 3. tandem quia in eo libro fit mentio S. Abbatis Sabbæ qui tempore Iuſtiniani Imperatoris obiit anno Domini 532. vt refert Card. Baron. in tomo 6. Annalium. At certum & indubitatum eſt ſcripſiſſe Epiſtolam ad Ioannem Abbatem Raythu, quæ habetur t. 5. col. 178. & Opuſcul. cui titulus, CLIMAX, ſiue Scala Paradiſi: ſiue Sermones 30. quibus tanquam gradibus ad Chriſtianæ vitæ perfectionem adſcenditur, extant col. 181. ad Abbatem Paſtorem, de Officio Paſtoris, Libellum, ſiue Libri, qui Paradiſi Scala dicitur, Appendicem, tomo eodem, col. 729. cui ſubiecimus Commentaria in 30. Sermones Climaci, & eiuſdem commendationem factam à Ioanne Raythu, ſeu Raytio Abbate mox laudato, ibidem, col. 737. Nec non eiuſdem vitam quæ extat, tomo eodem, col. 177. à Daniele humili Monacho compendioſè conſcripta. Adde contemplationẽ Scalæ vitæ eius admixtam, ibidem col. 739. ſcripſit prætereà Climacus alia quædam necdum edita, ex quibus, teſte Poſſeuino, extat Manuſcripta in Bibliothecâ Viennenſi in Sacram Scripturam expoſitio, de varijs capitibus Religionis: de Virtutibus, de Vitiis, de Beatitudine, de Precibus, de Pigritia, de Falſo. Idem teſtatur Sigebertus de Viris Illuſtribus, cap. 60.

Magiſtri IOANNIS De Calore Reuocatio Sæculo XIV. Anno 1363. tom. quarto, columna 943.

IOANNIS de Mercuria ſeu Mericuria Ciſtercienſis Ordinis Errores, per Magiſtros Pariſienſes condemnati, Sæculo XIV. Anno 1343. vel vt alii 1348. & prohibiti omnibus Bacchalaureis legentibus, ſub pœna priuationis ab omni honore Facultatis, tomo 4. col. 933.

Magiſtri IOANNIS de Vltricuria Errores & Propoſitiones, primùm in Curia Rom. damnatæ: deinde publicè reuocatæ per eum in Vniuerſitate Pariſienſi, Sæculo XIV. Anno 1348. tomo 4. col. 935.

IOANNES Geometra incertæ ætatis, multa ſcripſit in Laudem B. Virginis. Extant huius Bi-
blioth. tomo 14. pag. 439. ſub eius nomine Hymni v. in B. Virginem Dei-param Græcè & Lati- **
nè, è codice Regio pridem excerpti editique à Fed. Morello Profeſſ. & Interpr. Regio. v. tamen
Hymnus eſt Authoris incerti conditus ex puris epithetis veterum Hymnorum more: In quo
etiam litterarum ordo, carminum & dictionum principiis obſeruatur. Pagina verò 447. extat Fed.
Morelli Metaphraſis Græca. Pag. 448. extat eiuſdem Ioan. Geometræ Paradiſus Tetraſtichorum
moralium & piorum, eodem Interprete Fed. Morello.

IOANNES Maxentius Vixit Sæculo VI. ſcripſit Epiſtolam ad Legatos Sedis Apoſtolicæ,
tomo 4. col 433. de Chriſto Catholicam profeſſionem, in confeſſionem ſuæ Fidei tomo eodem,
col. 435. Capitula contra Neſtorianos, ibidem, col. 441. aliam profeſſionem Fidei breuiorem, ibi-
dem, col. 433. rationem adunationis Verbi Dei ad propriam carnem, ibidem, col. 444. Reſpon-
ſum ad epiſtulam Hormiſdæ Pontificis, ibidem, 447. Libellum contra Acephalos, ibidem, 460.
Dialogorum contra Neſtorianos libros duos ad Theophilum, ibidem, 461. Hunc Ioannem Cap-
padocem Presbyterum, ex Timothei Syncello, eius ſucceſſorem in Conſtantinopolitano Patriar-
chatu 48. dicit Nicephor. in Chronologia. Anno Domini 518. congregauit Concilium Conſtan-
tinopoli, Imperante Iuſtino ſeniore, cui Concilio ſubſcripſit Theophilus, primùm Gnidi, ac dein-
de Heracleæ Epiſcopus, ad quem ſcripſerat Dialogum ſuum contrà Neſtorianos: Libris 2. Senem
ſe fuiſſe dum illud Concilium celebraret, teſtatur his verbis: *Scitis labores meos quos & in antiquitate exiſtens ſubiui, & nunc ſuſtineo pro Fide vſque ad mortem, &c.* Euphemium & Macedonium Conſtan-
tinopolitanos Patriarchas in Diptycha referri cum ab eo poſtularent, omnes Ordines in illo Con-
cilio, de Timotheo illorum ſucceſſore tacuerunt, quia vixiſſet Theopaſchyta. Vereor ne fallatur
Margarinus, cum certiſſimum ſit Ioannem illum Epiſcopum Conſtantinopolitanum longe diuer-
ſum fuiſſe à Ioanne Maxentio; nam ille Cappadox, hic Scyta, ille Epiſcopus, iſte nequaquam, ille
ſemper orthodoxus, iſte Hæreticus Eutychianus, ille iam obierat, cum iſte ingentes turbas in Ec-
cleſia excitauit. Vide tomo 7. Annal. anno 518. cap 101. & ſequentibus, & Anno 520. cap. 22. &
ſequentibus. Eiuſdem Maxentii Libellus Fidei (cuius initium eſt, *redditis mihi Litteris*) finis verò,
Coſſ. Domino Iuſtino Imperatore Auguſto, & Heraclio, viris clariſſ. directus ad Hormiſdam PP. habe-
tur inter Decreta eiuſdem Hormiſdæ, Conciliorum Tomo 3 edit. Pariſ. Morelli anni 1636. & in eo
ſigillatim nominat Sedis Apoſtolicæ Legatos, Germanum, Ioannem, &c. quos initio Præfationis
in ſuam Fidei Confeſſionem, poſuimus.

Abbas IOANNES Moſchus cognomento Euiratus, floruit, vt vult Bellar. in libro de Scrip-
tor. Eccleſiaſt. Sæculo VII. circa annum Chriſti 630. ſcripſit ad Sophronium Patriarcham Hiero-
ſolymitanum *Pratum Spirituale:* quà ex re (opinior) fit vt ipſi Sophron. à nonnullis ſit adſcriptum,
& citetur ſub nomine Sophronii, Actione quarta Synodi Nicænæ. Extat Græcè & Latinè Am- **
broſio Camaldulenſi Monacho interprete, cum additionibus Diui Aloyſij Lipomani Veronenſis
Epiſcopi, ad ſingulorum capitum finem contra omnes hæreſes tomo 13. col. 1035. extat etiam eiuſ-
dem Aloyſij Epiſtola ad Lectorem, ibidem.

S. IOANNES P.M. & Martyr ſcripſit, Illuſtribus ac Magnificis Viris, Auieno Senatori, Li-
bero, Seuerino, Fideli, Auito, Opiloni, Ioanni, Syluero, Clementino, & Amphelio, de duabus
naturis, aduerſus Eutychianiſtas, Epiſtolam, ſiue Tractatum, tomo 4. col. 411. Scripſiſſe illum Sæ- **
culo VI. Iuſtiniano Imperante, teſtatur illud ex eius Epiſtola. *Iuſtinianus ſiquidem filius noſter, vt ex eius Epiſtolæ tenore cognouiſtis, de his tribus quæſtionibus orta fuiſſe certamina ſignificauit, &c. probauimus in his, Catholicam Imperatoris fidem, &c.* Hanc porro Epiſtolam eſſe genuinum ac germanum
fœtum Ioannis Romani Pontificis nullum eſt dubium. De qua plura vide to. 7. Annal. An. Chr.
534. cap. 27. & ſeqq.

IOANNES XLIV. Epiſcopus Hieroſolymitanus, de quo multa Baronius annal. tom. 5. vi-
xit. Sæculo IV. circa annum Domini 390. temporibus S. Hieronymi, qui & eum quoſdam errores
Origenis ſequentem reprehendit. Liber de inſtitutione Monachorum primorum in lege veteri **
exortorum, & in noua perſeuerantium ad Caprasium Monachum, qui ſub eius nomine circumfer-
tur, extat tomo 9. col. 617. Negat pertinaciter Bellarm. lib. de Scriptorib. Eccleſ. illum librum
ab eo fuiſſe conſcriptum: videatur. Hunc Ioannem ſcripſiſſe aduerſus obtrectatores ſtudii ſui an-
notauit Gennadius cumque ſequutus Honorius Auguſtodun. cap 30.

IOANNES Xiphilinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, putatur XI. Sæculo vixiſſe, ſcri-
pſit † in tertiam Ieiuniorum hebdomadem, vel in Crucis adorationem Sermonem, qui ex R. P. †
Iacobo Gretſero, extat tomo 15. pag. 782.

IOANNES Zonaras Monachus Græcus, ſcripſit præter libros Hiſtoriarum, qui cum Hiſtor.
Orientalis Scriptoribus editi ſunt, in Canones Apoſtolorum, & alia quæ iam Pariſijs Græcè & *
Latinè anno 1618. prodierunt, ac propterea hîc omiſſa ſunt. * Canonem de ſanctiſſima Virgi-
ne eiuſdem Zonaræ poſuimus, tomo 12. pag. 358. b 2 Canon hic eſt Poëma contra omnes prope-
modum hæreſes. Eodem Genebrardo interprete: Vixiſſe autem Sæcul. XII. ad Alexii

I. Comneni imperatoris temporas indicat illud, ex eius Oda IX. *Populum tuum ab execranda Bogomilorum Hæreſi recens orta, libera.* Bellarm. in lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. putat illum eodem Sæculo floruiſſe circa initium.

IONAS Aurelianenſis Epiſc. qui floruit Sæculo IX. circa medium, contra Claudij Taurinenſis Epiſcopi Iconomachi Libellum ad Theodemirum Abbatem, præcipiente & monente Ludouico Pio, Imperat. & Rege Galliarum, quoddam Opuſculum dirigere cœperat digeſſeratque magna ex parte, cùm interiit Claudius: Sed quia in eius Diſcipulorum mentibus, non illa modò, ſed Ariana etiam Hæreſis pullulabat, hortatu Catholicorum, Opus quod prætermiſerat, enucleatim diſcutiendum repetiuit, cumque imperanti patri reddere nequiuiſſet, eius filio Carolo Caluo Galliarum Regi, meritò offerendum iudicauit, & proinde ſcripſit libros 3. de Cultu Imaginum contra eundem Claudium, ſeu Claudianum Taurinenſem, qui extant tomo 4. col. 533. Monet Bellarm. lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. hunc Authorem cautè eſſe legendum; quoniam laborat eodem errore quo Agobardus, & reliqui eius ætatis Galli, qui negabant ſacris imaginibus vllum deberi cultum religioſum: de qua re vide Anaſtaſium Bibliothecarium præfatione in ſeptimam Synodum; item ea quæ tomo eodem, col. 533. cir. de illo annotauimus.

Ionæ cuiuſdam alterius, qui ſancti Columbani vitam eiuſque Diſcipulorum Attilæ & Euſtachij deſcripſit, meminit Sigebertus, libro vltimo de Viris Illuſtribus, capite 61. & Bellarm. in libro de Script. Eccleſiaſt. *Ionas Anglus, ſiue Hybernus floruit Sæculo VII. circa annum Domini 610. tempore Heraclij imperat. Scripſit vitam & res geſtas S. Columbani (vt ſt apud Bedam lib 5 Hiſtoriæ Gentis ſuæ cap. 17.) qui vt nouus quidam Apoſtolus, Angliam, Gallias & Italiam miris e illuſtrauit Obijt anno VI. Heraclij, qui erat annus Domini 615. Extat hæc vita apud Surium die 21. Nouembris.* Hactenus Bellarminus.

ISAACOS Syros Monachos duos inuenio, vnum cuius ſcripta recenſent Trithemius, & Gelaſius, qui ſcribit eum obiiſſe temporibus Leonis & Martiani Imperatorum: alterum quem de Syriæ partibus ad Spoletanam vrbem prioribus Gothorum temporibus veniſſe, & vſque ad extrema Gothorum tempora ſuperuixiſſe teſtatur, narratque de eo multa Gregorius lib 3. Dialogorum: qui S. Presbyter Antiochenus nuncupatur initio Operis. Vtriuſnam autem ſit liber ille de Contemptu Mundi, quem poſui tomo 5 col. 483. & ſeqq. incertum eſt, inuenio quidem à Poſſeuino tribui Iſaaco priori, ſed neque Trithemius neque Gelaſius, qui ſcripta prioris Iſaaci recenſent, huius libri meminerunt: vnde non minus probabile, eſſe Iſaaci poſterioris, propter ea quæ in principio huius libri annotata inuenies. Extat inter Authores Sæculi VI.

ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus, ad differentiam Iſidori ſenioris Cordubenſis Epiſc. Iſidorus Iunior appellatus eſt, & vt quidam putant, Diui Gregorij diſcipulus: Floruit Sæculo VII. ſub Heracleona Imperatore Heraclij filio, temporibus Siſebuti Regis Gothorum in Hiſpania Anno Domini 630. ſpeciatim Bellarm. lib. de Scrip. Eccleſ. dicit Iſidorum ſedere incepiſſe in Epiſcopali throno anno ſalutis 596. & anno 636 migraſſe ad cœlum; quod ex Chronicis Hiſpaniæ intelligitur. Scripſit multa quæ Trithemius enumerauit & S. Hildephonſus in lib. de viris illuſtribus. Ex quibus hîc extant Libri duo de Eccleſiaſticis Officiis, tomo 10. col. 181. & ſeqq. Vitam ipſius habes initio tomi eiuſdem, in qua etiam Sancti nomine inſignitur, cui ob ſanctitatem Vitæ, die XVI. Ianuarij, annui ſtatuti ſunt honores.

IVLIANVS POMERIVS, Toletanæ Sedis Diaconus, vixit Sæculo VII. paulo poſt medium, coætaneus S. Hildephonſi eiuſdem ſedis Antiſtitis (qui Hildephonſus, teſte Bellar. in lib. de Script. Eccleſiaſt. Epiſcopus factus fuit, anno Domini 658. tempore Vitaliani Papæ. Obiit anno Domini 667.) cumque ab eodem Bellarm. ibidem, Iulianus noſter dicatur fuiſſe eius Diaconus nulla ſuper eſt de eius ætate ambigendi ratio. Scripſit Præfationem in eiuſdem S Hildephonſi. Librum de Laudibus intemeratæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ in die Aſſumptionis ſuæ apparuit ei viſibiliter, eique veſtimentum dedit. Extat tomo 9. col. 91.

S. IVLIANVS Toletanus Archiepiſc. ſecundum aliquos diuerſus à Iuliano Pomerio Presbytero, & à dicto Iuliano Pomerio Diacono, (Conſule, quæ habentur tribus ab hinc lineis, res n. hæc controuerſa eſt admodum) ſcripſit diuerſa Opuſcula, ex quibus extant, commentarij in Nahum Prophetam tomo 1. col. 583. Epiſtola ad Idacium Barcinonenſem, ſiue Barcillonenſem, Oratio ad Deum, Prognoſticôn, ſiue de Origine Humanæ Mortis, Futuro Sæculo, aut Vitæ Futuræ Contemplatione, lib. 3. tomo 9. col. 339. Eiuſdem, de Demonſtratione ætatis ſextæ, contra Iudæos, lib. 3 tomo 4. col. 109. Quos ſe ſcripſiſſe Anno Chriſti 686. teſtatur ad finem libri tertij: Iſtorum trium Opuſculorum Authorem eſſe dicique debere Pomerium non videtur eſſe dubitandum, cùm in ſua Præfatione ad Demonſtrationem ſextæ ætatis contra Iudæos, Pomerium ſe ipſemet dicat: *Inclyto, glorioſo, &c.* inquit, *Domino Eringio Regi, Iulianus (Pomerius,* vt in aliis editionibus habetur) *ſeruulus veſter.* At pluribus annis iuniorem altero Pomerio quem citat in Prognoſtico, lib. 3. cap 16. 19. 20. 26. 27. 28. quemque Gennadius, Maurum natione, Presbyterum in Gallia ordinatum, ſua ipſius ætate (id eſt, vt legit Bellarm. ante annum Domini 500.) adhuc ſcribere, & in conuerſatione Deo

ſatione Deo digna viuere, in Catalogo cap. 98. & Iſidorus, alios quoque tres Prognoſticos de vitæ Futuræ Contemplatione libros ſcripſiſſe, ait in Catalogo cap. 12. eumque ſecutos Honorius Auguſtod. itavt prioris Pomerii meminiſſe, capite 54. poſterioris verò cap. 56. Sigeber dicamus: nec iniuriâ, cum ob multa alia, tum quod Eugenium Toletanum præceptorem ſuum dicat, Prognoſtic. libr. cap. 17. Ac proinde in Hiſpania in ſacris Diſciplinis adoleuiſſe, & iunior Iſidorum Hiſpalenſem Seniorem vidiſſe, facilè dici poſſit. Epiſcopum autem ſcripſiſſe contra Iudæos, indicat, illud ex eius Præfatione: *Huius acerbitatis ſententiam* (Ezechielis videlicet 33. contra Paſtores tacentes) *pertimeſcens, & Ordinis mei mancipatus officiis, &c.* & ſtatim initio primi libri, *nitendum eſt nobis, qui licet indigni*, inquit, *miniſtri tamen verbi Dei ſumus, &c.* Videtur falli Margarinus, tres enim diſtinctos Iulianos oportet conſtituere: primum Pomerium natione Maurum, ſecundum ſanctum Iulianum Archiep. Toletanum, qui nequaquam dictus fuit Pomerius, tertium Iulianum Toletanum Diaconum etiam Pomeriū appellatum, qui poſterior aliquantò fuit, id eſt, ſupervixit S. Iuliano Archiep. cuoí antequam hic eſſet Archiep. ille fuiſſet S. Hildeph. eiuſdem Toler. Sedis Archiep. Diaconus. Quæ omnia bene conciliauerimus, ſi dixerimus Iulianum hunc, Diaconum fuiſſe creatum cum adhuc iunior eſſet vitamque vltra tempora Iuliani Archiepiſc. produxiſſe.

IVLIVS Firmicus Maternus ſenior C. V. ſcripſit ad filios Conſtantini Magni, Conſtantium & Conſtantem Auguſtos, librum egregium de Errore prophanarum religionum. Extat tomo 4. col. 83. hæſitat Baronius tomo 3. Annalium num iſte ſit illemet Iulius Epiſcopus Mediolanenſis qui interfuit Concilio Romano ſub Iulio I. & in Rom. Martyrolog. 18. Iulii, MATERNVS appellatur, ſanctitatis & eruditionis laude clarus: Ipſum conſule anno Chriſti 337. capite 74. quo circiter tempore floruit noſter hic Iulius.

IVNILIVS Epiſcopus Africanus coëtaneus Primaſij, vixit, non vt Sixtus Senenſis & Trithemius volunt Sæculo V. ſed Sæcul. VI. ob rationem, quam adduximus in Primaſio, quia, nimirum, hoc patet ex collatione 2. Synodi V. Scripſit ad eundem Primaſium Epiſcopum de Partibus Diuinæ Legis, Libros duos, tomo 1. col. 1. Porro, miſſum fecimus Commentariolum in aliquot prima capita Geneſis, illius nomine anteà in hac Bibliotheca editum, quod deprehenderimus illum Bedæ adſcribi & haberi inter eius Opera.

IVO Carnotenſis Epiſcopus. vide Yuo ſancti quintini, &c.

IVSTVS Abbas Ordinis Ciſtercienſis, floruit Sæculo XIV. anno 1300. & 1301. eius Sermo habitus in Conuentu multorum Abbatum eiuſdem Ordinis, extat tomo 2. colum. 559. cum notis marginalibus.

S. IVSTVS Orgelitanus Epiſcopus cum Iuſtiniano fratre ſuo, floruit in Hiſpaniis Sæcul. VI. circa medium, temporibus Teudi Principis Gothorum, vt ſcribit Iſidorus libro de Illuſtrib. Eccleſiæ Script. cap. 20. & 21. Imperante Iuſtiniano. Scripſit Commentaria, ſiue Myſticam explicationem in Cantica Canticorum Salomonis. Extant tomo 1. col. 241.

IVVENCVS Presbyter Hiſpanus, carmine conſcripſit & dicauit Conſtantino Imperatori Sæculo IV. circa annum Domini 330. Hiſtoriam Euangelicam, extat in quatuor libros diuiſa tomo 8 pag. 629. Hoc opus à Diuo Hieronymo laudatur, tum in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. tum in Epiſtola ad Magnum & alibi.

L

LANFRANCVS, primò Cadomenſis in Normanniâ Abbas, deinde Archiepiſcopus Cantuarienſis: floruit Sæculo XI. circa medium, diſputauitque in Concilio Romano ſub Nicolao II. contra Berengarium, quem conuicit; ſed eo reuertente ad vomitum, ſcripſit, de Euchariſtiæ Sacramento aduerſus eundem, librum à multis mendis vindicatū, & vetuſtorum Exemplarium ſubſidio auctum, per Domnum Ioannem Vlimerium, Priorem, Canonicorum Regularium ſancti Martini apud Louanienſes: tomo 6. colum. 189. *Lanfrancus Dialecticus, Cantuarienſis Archiepiſcopus: Paulum Apoſtolum expoſuit, &c. Laudes, Triumphos, & res geſtas Guilhelmi Normanorum Comitis, ſcripſit & inuectiuas Epiſtolas contra Berengarium, qui à Nicolao PP. Romæ in Concilio XCIII. Epiſcoporum ita eſt conuictus vt ipſe ſuis manibus ignem accenderit, & combuſſerit ſcripta ſua, iurans, ſe non amplius talia dicturum, non docturum, non ſcripturum, &c.* Sic Sigebertus libro de Viris Illuſtribus cap. 156. Vide etiam wilhelmum Malmesburienſem in Hiſtoria Anglicana. Eiuſdem vitam habes ex Trithemii libro de Scriptor. Eccleſiaſticis, præfixam ipſius Operibus, ibid.

S. LAVRENTIVS Nouarienſis Epiſcopus, ſcripſit Homilias duas; vnam de Pœnitentia, alteram, de Eleemoſyna: extant tomo 2. col. 126. Laurentii melliflui, qui declarauit Homilias ore quaſi mellito, vnde agnominatus ſit mellifluus, Sigeber. meminit libro de Viris Illuſtrib. cap. 121. Romanum verò Martyrolog. prid. Kalend. Maij, meminit Laurentii Presbyteri Nouarienſis & puerorum Martyrum, quos ille ſuſceperat educandos: ad vtrum, an ad neutrum pertineat hic no-

ſter, ſumus incerti. Vide quæ prænotauimus initio Homiliarum eius, ad majorem eiuſdem Authoris cognitionem vbi electus fuiſſe dicitur in Archiepiſcopum Mediolanenſem xxv. Sæcul. VI. ad annum Chriſti 507.

LEIDRADVS, ſeu Ledradus Epiſcopus Lugdunenſis, floruit Sæculo IX. circa medium, † ſcripſit † Epiſtolas duas, primam quidem ad Carolum Imperatorem; ſecundam verò ad chariſſimam ſanctam Sororem, quæ extant per Papirium Maſſonum editæ poſt Opera Agobardi. Nos verò eas ſeiunximus & poſuimus, tomo 16. pag. 809.

LEO Magnus Pontifex, ſedit in Apoſtolicâ Sede, Sæculo V. tempore Theodoſii Iunioris, Martiani, & Leonis Impp. ab anno Dom. 440. vſque ad 461. teſte Bellarm. in libro de Script Eccleſiaſt. Scripſit multa quæ recenſent Gennadius, Photius, Poſſeuinus, & alii: ex quibus hîc extat, * *Epiſtola miſſa ad Flauianum Patriarcham Conſtantinopol. aduerſus Authorem vanæ opinionis Eutychem, eique cõſentientes: quam Patres Concilij Chalcedonenſis magna cum veneratione receperunt actio. IV & rectæ fidei columnam vocauerunt, Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 485. e Gelaſius Papa in decreto de Libris doctorum dixit anathema iis qui Epiſtolam hanc ſancti Leonis integram & vſque ad vnum iota non recipiunt.

† LEONIS Imperat. qui putatur vixiſſe Sæcul. XII. ex Meditatione extremi Iudicii, † Canticum compunctionis, tomo 15. pag. 861. a 2.

D. LEONTIVS Bizantius, ſeu Byzantinus, Aduocatus Conſtantinop. poſteà Monachus in Laura S. Sabæ, quem Sæcul. VI. circa tempora Gregorii M. P. vixiſſe conſtat ex eius libro de ſectis Hæreticorum actione v. vbi inter Alexandrinos Epiſcopos vltimum recenſet Eulogium, qui * tempore ſancti Gregorii ſedit. Scripſit * Excerpta ex ore Theodori Abbatis religioſiſs. & doctiſſ. Philoſophi, diuinis pariter externiſque litteris eruditi, de ſectis Hæreticorum ac Synodo Chalcedonenſi, diſtincta in actiones x Extant Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 493. In enumeratione ſectarum quæ poſt Synodum Chalcedonenſem natæ ſunt, poſtremos nominat Agnoytas actione v. & x Compoſuit etiam libros tres contra Eutychianos & Neſtorianos, aduerſus fraudes Apollinariſtarum libr. 1. ſolutiones ad argumenta Seueri, dubitationes hypotheticas & definitiones contra eos, qui negant in Chriſto eſſe duas Naturas. Extant hæc omnia Latinè edita tomo 4. parte 2. col. 955. & ſequent. ſcripſit & alia needum edita, de quibus vide ea, quæ ante opera eius prænotata ſunt, ex Henrico Caniſio.

LEONTIVS Conſtantiæ, vel vt alii volunt Neapoli, in Cypro Epiſcopus, floruit Sæcul. VII. temporibus Heraclii Imperat. circa annum Saluatoris 630 teſte Bellarm. in libro de Script. Eccleſ. Scripſit vitam Ioannis Eleemoſynarii, quam quia noſtri inſtituti non eſt vitas Sanctorum hîc inſerere, omittimus. Habet hic liber teſtimonium à ſecunda Nicæna Synodo: & verè lectu digniſſimus eſt. Scripſit & Homiliam de Transfiguratione Domini quam citat eadem Nicæna Synodus, † ſed non videtur extare. † Contra Iudæos librum ex quo Fragmentum extat ab Henrico Caniſio editum, tomo 16. pag. 1.

** LIBERIVS P. M. floruit Sæculo IV. circa annum. 360. ſcripſit ad Conſtantium Auguſtum Imper. Epiſtol. quæ extat tomo 3. col. 35. & tomo 9. col. 1115. e

LIBERII Poëtæ Sæculi V. de Sedulio Acroſtichis altera, tomo 8. pag. 680.

S. LINVS vnus è LXXII. Chriſti Diſcipulis, natione Hetruſcus, B. Petri in Pontificatu ſucceſſor, vt ſcribunt, Sixtus libro 2. Biblioth. & Sigebertus libro de Viris Illuſtrib. cap. 5. vixit Sæc. I. & Martyr obiit Romæ, ſecundum eundem Sixtum loco citato, ſub Galba Imperatore poſt expletos Pontificatus ſui annos vndecim, menſes tres, dies duodecim, anno Chriſti 70. ſecundum verò Irenæum libro 3. cap. 3. Epiphanium Hæreſi 28. Euſebium in Chronico & alios, anno Chriſti 78. Feruntur ſub huius Lini nomine libri duo Pſeudepigraphi & Apogryphi de Paſſione Petri & Pauli ad Eccleſias Orientales, qui extant tomo 7. col. 151. Scholiis illuſtrari per R. Laurentium Barrenſem. Hos tamen libros genuinum eſſe & germanum ſancti Lini Martyris fœtum putarunt tum Sixtus loco citato, tum Sigebertus libro de Viris illuſtrib cap. 5. citat. his verbis: *Linus ſcripſit Græco Sermone Martyrium Petri & Pauli, vno die paſſorum, & Orientalibus Eccleſijs deſtinauit.*

LITVRGIÆ ſancti Baſilij Magni, ſancti Gregorii Theologi, & ſancti Cyrilli Alexandrini ex Arabico conuerſæ à Victorio Scialach Accurenſi è Monte Libano, extant tomo 6. colum. 75. Has porro Liturgias incertæ eſſe ætatis diximus in Appendice ad indicem Chronologicum; quia Bellarmin & alii multi, qui eorum Patrum ſcripta enumerauerunt, eas inter illorum Opera non recenſuerunt.

* *Græcorum Officium de MYSTERIIS ante Conſecratis ſanctæ Quadrageſimæ, Græcè & Latinè, tomo 12. col. 329.

* Item, *Diuinæ MYSTERIORVM ante Conſecratorum LITVRGIÆ declaratio, tomo eod. col. 332.

* S. Myſteriorum ante Cõnſecratorum *LITVRGIA; interpr. G. Genebr. Theol. Pariſ. di-

uinarum Hebraïcarum litterarum Profeſſ. Regio, tomo eodem, col. 335. huic Liturgiæ ſubjungitur eiuſdem Genebrardi Latina Epiſtola, col. 345. Habentur etiam Ritus Græcorum, tomo citato, columna 346.

Sequuntur peculiares aliquæ Liturgiæ.

De iis qui dormierunt, tomo 12. pag 347.
De Sanctis, & de Pontificibus, ibidem, pag. 348.
De Feſtis Sanctiſs. Dominæ noſtræ Dei-paræ ſemperque Virginis Mariæ, ibidem, pag. 349.
De Martyribus, ibidem, pag. 350.
Variæ Dominicæ ad Miſſam *Beatitudines*, ibidem, pag 351. & ſeqq.
Moduli qui pro Mortuis canuntur ex horologio Græcorum, ibidem, pag. 356.
Canon ſupplex qui de ſuperis Poteſtatibus Angelicisque & omnibus Sanctis canitur Latinè tantum extat, tomo eod. pag. 357. a t. Atque hæc omnia interpr. Genebrard. Theolog. Pariſienſi.

LVCAS Abbas Montis S. Cornelii, qui videtur floruiſſe Sæculo VIII. ſcripſit ex Apponii Commentariis in Cantica Canticorum, ab eiuſdem Libri, cap. 4. verſu 8. vſque ad finem, Summariola, tomo 1. col. 327.

LVCAS Tudenſis Epiſcopus Hiſpanus, XIII. Sæculi, ſcripſit, inter alia, Chronicon quod, cum Rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus editum ſit, hîc omiſimus, extant ipſius de altera vita, fideíque Controuerſiis aduerſum Albigenſium, errores libri III. ex editione, & Notis Ioannis Marianæ, (qui Præfationem in eundem Lucam Tudenſem, de Operis Authore, ſcriptisque Concilio & de Albigenſium hæreſi præmiſit: Nec-non & Notis Iac. Gretſeri, & Andreæ Schotti Societ. IESV Theolog. tomo 4. par. 2. col. 577. Acceſſerunt ſcriptores aliquot ſuccedanei Lucæ Tudenſis contra Sectam waldenſium, à Iacobo Gretſero Societ. IESV, ſimul editi, & prolegomenis illuſtrati, in quibus de waldenſium factionibus, peruerſiſque dogmatibus copioſè diſſeritur, tomo & parte iiſdem, colum. 715. qui in locis ſuis, prout ordo Alphabeticus poſtulabat, conſtituti ſunt.

LVCIDVS Presbyter, olim vnus ex Prædeſtinianis Hæreticis, qui à Fauſto Rhegienſi caſtigatus in viam rediit. floruit Sæculo V. eſtque in Appendice ad idem Sæculum: multa ſcripſit; hîc extat eius Epiſtola in quâ Errores ſuos præteritos reuocat, tomo 4. col. 695. **

LVCIFER Epiſcopus Calaritanus tempore Conſtantii Imperatoris Sæcul. IV. circa annum Chriſti 350. floruit, & fortiſſimè Arianis reſtitit, ſcripſitque ad eundem Conſtant. pro S. Athanaſio libros 2. tom. 9. col. 949. De Regibus Apoſtaticis, lib. 1. tomo 9. col. 1031. Item de non conueniendo cum hæreticis ad eundem Conſtant. tomo eodem, col. 1046. De non parcendo in Deum delinquentibus, tomo eod. col. 1061. Moriẽdum eſſe pro Dei filio, tomo cit. col. 1097. item Epiſtolam ad Florentium Magiſtrum officiorum, ibid. col. 1113 quæ omnia opera eius eſſe non dubitat Bellar. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. Habentur etiam Scholia in ſupra dicta opera, tomo eod. col. 1118. e. Nec-non aliqua Patrum & Scriptor. Eccleſiaſt. teſtimonia de eodem S. Lucifero Calaritano, colum. 1125. c. & Epiſtola Catholicorum pro eodem in exilium ab imperat. miſſo. Hæc omnia edita ſunt opera & ſtudio Ioannis Tillii Epiſcopi Meldenſis, cuius extat Epiſtola ad Pium V. Pont. M. tomo cit. col. 949 & teſtimonium ſpeciale Hieronymi, col. 951. a

Articulorum LVDOVICI Declaratio, ſeu per eum facta Reuocatio, Sæcul. XIV. An. 1362. tomo 4 col 943.

S. LVDOVICVS Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, conſecratus Sæcul. XIII. ann. Dom. 1226. cum eſſet annos 12. al. 14. natus. Egregia omnino toto ſui regni tempore geſſit, vt videre eſt in eius vita, edidit Pragmaticam Sanctionem, quæ extat tomo 6. col. 461. Eiuſdem memorabile fœdus cum Raimundo Toloſatum Comite Ariano, ibid. Obiit anno 1270. & in SS. Catalogum à Bonifacio VIII. relatus eſt ob innocenter actæ vitæ meritum.

LVGDVNENSIS Eccleſiæ nomine extat, tomo 4. par. 2. col. 263. & ſeqq. Sæculo IX. circa An. Chriſti 850. ſcriptus Liber aduerſus opinionem Ioannis Erigenæ, cognomento Scoti, de Prædeſtinatione & Præſcientia Diuina, & de vera humani Arbitrii Libertate, ex Manuſcript. codicibus V.C. Nicolai Fabri I. C. Iudicium de tribus quibuſdam Epiſtolis, libro vnico comprehenſum, tomo 4. parte ead. col. 349. Abſolutio cuiuſdam quæſtionis de generali per Adamum damnatione omnium, & ſpirituali per Chriſtum ex eadem ereptione electorum: col. 401. Liber de tenenda immobiliter Scripturæ ſanctæ veritate, & Sanctorum orthodox. Patrum authoritate col. 413. Notæ Andreæ Duuallii Doct. Sorb. Pariſ. in eoſdem Libros Eccleſiæ Lugdunenſis, librum ſcilicet aduerſus Ioannem Scotum, & librum de tribus Epiſtolis; quæ extant in fine Operum eiuſdem Eccleſiæ, col. 449.

LVPVS Abbas Ferrarienſis in Gallia apud Senones, vixit Sæculo IX circa medium eius n. ætas facile colligitur ex Synodo Sueſſionenſi. anno 853. habita apud S. Medardum, cui ipſe præſens fuit; vt Synodi acta teſtãtur, temporibus Benedicti III. P.M. ad quem Epiſt. direxit, & Caroli Calui imperatoris. Compoſuit Epiſtolas quas miſit ad diuerſos, quæ ex recognitione Papirii Maſſoni extant tomo 3. col. 612.

M

MANVEL Patriarcha Conſtantinopolitanus, quem iuxta Coccium, poſuimus XII. Sæculo, ſcripſit Reſponſa ad Bellæ Epiſcopi interrogationes, quæ extant, tomo 6. col. 421.

MARCELLINVS Comes V.C. vixit temporibus Iuſtiniani imperatoris, Sæculo VI.
† Nam anno Iuſtiniani nono & Salutis reparatæ 535. finem impoſuit (vt ait Bellarmio.) † Chronico ſuo, in quo rerum Orientalium Hiſtoriam Euſebii & D. Hieronymi vſque ad eiuſdem Iuſtiniani tempora proſequitur. Item ſcripſit diuerſa Opuſcula, de quibus vide quæ prænotata ſunt ante eius Chronicon: (quod habentur tomo 15. pag. 713. & ſeqq.) ex Antonii Scbonhouii Præfatione ad Reuerendiſſ. P. & Dom. Gerardum ab Hamericourt Abbatem S. Bertini, & aliis.

† MARCVLFVS Monachus, qui vixit Sæcul. VII. circa annum Dom. 660. ſcripſit † Formularum lib. 2. qui vnà cum quibuſdam aliis incertorum Authorum, illis admixtis, extant ex editione Pariſ. anni 1613. tomo 16. pag. 2. Acceſſerunt adhuc & aliæ veteres Formulæ incertorum, ex vetuſtiſſimis codicibus, quas Hieronymus Bignonius primus edidit & recenſuit.

S. MARCVS Apoſtolus & Euangeliſta, Petri Diſcipulus Sæcul. I. præter Euangelium di-
* citur ſcripſiſſe Vitam S. Barnabæ Apoſtoli, quam putatur Beda in Latinam linguam tranſtuliſſe. Edita eſt etiam à Cardinale Sirleto, ſub huius nomine * Liturgia quædam, Eccleſiæ Alexand tra-
** dita, quæ habetur Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 264.

Ex S.P.N. MARCI Anachoretæ Epiſtolâ 2. Fragmentum, tomo 2. colum. 76. & tomo 5. colum. 822. Putatur floruiſſe Sæcul. VI. vnde ſequitur diuerſum eum eſſe à Marco Eremita qui Exercitor dictus eſt Sæcul. IV. Item ab alio eiuſdem nominis qui, teſte Bellar. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. claruit circa initium Sæcul. X.

MARCVS Epiſcopus Idruntis, floruit, vt vult Coccius, Sæcul. VIII. anno Chr. 750. Scripſit Hymnum in magnum Sabbathum, qui extat tomo 8. pag. 725.

MARCVS Eremita, qui & Exercitor dictus eſt ſub Theodoſio Seniore Sæculo IV. eximiâ ſanctitate claruit, vt patet ex Palladio, qui eum iam centenarium iouiſit. Scripſit multa, ex quibus aliqua recenſet Nicephorus libro 4. hiſtor. cap. 54. Probabilius quoque eſt ſcripta illa, quæ nunc ſub nomine Marci Eremitæ circumferuntur, eſſe huius, quam illius, quem ſub Leone VI. Imper. vixiſſe ſcribit Zonaras in vita Leonis, & Bellarm. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. ſecutus Zonaram & alios hiſtoricos Græcos; quia hunc noſtrum Marcum multa ſcripſiſſe, vt diximus, Author eſt Nicephorus: vtrum autem alter ille Marcus aliquid ſcripſerit, incertum eſt. * Extant autem O-
* puſcula 9. de Paradiſo & Lege ſpirituali: de his qui putant ſe ex Operibus iuſtificari, de Pœnitentia, de Baptiſmo, Præcepta ſalutaria, Reſcriptum à NICOLAO ad Marcum, Capitula Temperantiæ, Diſputatio cum cauſidico, Conſultatio intellectus cum ſua ipſius anima, Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 869. & ſeqq.

MARCVS Fœlix Ennodius Diaconus, & poſteà Epiſcopus Ticinenſis in Italia: contra Schiſ-
† maticos, Symmachi cauſſam egregiè perorauit, floruit tempore eiuſdem Symmachi & Hormiſdæ Pontificum, Sæcul. VI. circa annum Dom. 503. & ſeq. † Opera eius ex editione Patr. Iac. Sirmundi Soc. IESV, vnà cum præfixo indice, extant tomo 15. pag. 225.

C. MARIVS Victorinus Afer vir Conſularis Rhetoricam docuit; floruit Sæcul. IV. circa annum Dom. 350. tempore Conſtantii Imper. in ſenectute conuerſus eſt ad fidem, teſte Auguſt. libro 8. Confeſſ. cap. 2. Extant ex eius ſcriptis, tomo 4. col. 181. aduerſus Arrianos lib. 4. de Trinitate, Hymni 3. & de Homouſio recipiendo, col. 254. de Machabæis fratribus interfectis carmen, tomo 8 col. 625. Sed hæc cautè legenda ſunt, quia magis arti Rethoricæ quam ſacris Litteris & veræ ſolidæque Theologiæ operam dedit.

MARIVS Victor, Rhetor Maſſilienſis. vide Claudius Marius Victor.

S. MARTIALIS Apoſtolus, Confeſſor & Epiſcopus I. Lemouicenſis, cognomento Cephas, quem Clemens Alexand. lib. 4. Stromatῶn vnum dicit fuiſſe ex LXXII. Diſcipulis: floruit Sæculo I duas dicitur ſcripſiſſe Epiſtolas, vnam ad Burdegalenſes, alteram ad Toloſanos, quæ extant tomo 3. col. 1. & ſeqq Putat Clemens Alexandr. loco ſuprà citato, hunc illum eſſe Cepham, cui Apoſtolus Paulus in faciem reſtitiſſe ſcribitur; ſed eam opinionem, vt commentitiam meritò reiicit Hieronymus, cum, vt ait Sixtus Senenſis libro 6. Bibliothecæ, res ipſa doceat totum illum Sermonem ad B. Petrum Apoſtolum pertinere, eaque conſtans eſt iſtius loci interpretum & Eccleſiaſticorum Scriptorum ſententia.

S. MARTINVS Archiepiſcopus Turonenſis, floruit ſub finem Sæculi IV. obiit vero ineunte Sæculo V. Vitæ ſanctitate & Miraculis clarus, cuius res geſtas conſcripſit Seuerus Sulpitius, edidit fidei ſuæ profeſſionem, quæ extat tomo 4. col. 1327.

S. MARTINVS Dumienſis Abbas, poſteà Epiſcopus Bracarenſis, ſeu Gallicienſis, ſcripſit de quatuor Virtutibus Cardinalibus librum, quem vocauit *Formulam honeſtæ Vitæ*, de Motibus, item

librum: extant tomo 5. col. 689. & ſeqq. ſcripſit etiam Collectiones Canonum, quæ habentur in tomis Conciliorum poſt 2. Synodum Bracarenſem, & alia quædam quæ nunc non extant. *Martinus Epiſcopus Gallicienſis, ſcripſit librum, de quatuor Virtutibus ad Mironem, alias Mironem Regem Galliciæ quem Librum prætitulauit Honeſtæ Vitæ Formulam*, inquit, Sigebertus libro de Viris Illuſtribus, capite 119. Hunc eundem Martinum Epiſcopum tranſtuliſſe per manum Paſchaſij Diaconi plurimas Interrogationes, & Reſponſiones ſanctorum Patrum Ægyptiorum in Dumienſi Cœnobio ait idem Sigebertus (vt opinor) eiuſdem libri cap. 118. vt notauimus iam littera A. in Apophtegmatibus Ægyptiorum Patr. Floruit Sæculo VI. circa annum Domini 572. nam præfuit, (teſte Bellarmino) Concilio II. Bracarenſi, quod habitum eſt Era 601. id eſt anno Domini 572. ſed videtur anno ſequenti obiiſſe, vt notat Cardinal. Baron. Per idem tempus Theodemyrus Rex in Sueuia; Iuſtinianus in Republ. Athanagildus in Hiſpaniis, Imperium tenuêre, ait Iſidor. lib. de Script. Eccleſiaſticis cap. 22. & in libro de viris Illuſtribus cap. 35. De eius obitu vide Gregor. Turonenſ. Hiſtor. Franc. lib. 5. cap. 37. de Myro autem Rege Galliciorum, quem Iſidorus Teudemirum vocat. vide cap. 41. † Extant eiuſdem Martini verſus in Baſilica, &c. tomo 15. pag. 820. d 2. Subiungitur pag. 621. Epiſtola S. Columbani Abbatis ad Hunaldum; cuius locum non indiximus, recenſendo opera eius; licet eadem ſit, paucis tantùm adiunctis, cum ea quam diximus reperiri tomo 8. pag. 843. & tomo 15. pag. 685. e 1.

MAXIMVS Conſtantinopolitanus Monachus, Confeſſor & Martyr, de quo multa Baronius tomo 8. Annalium. Vixit Sæculo VII. ſub Honorio I. P. M. & Heraclio Imperatore, ſub quibus etiam fortiter certauit & ſcripſit aduerſus Monothelitas. Obiit autem (vt refert Bellarm. lib. de Scriptor. Eccleſiaſ. & alij) ſub Vitaliano Pontifice & Conſtante Imperatore, anno Dom. 660. Scripſit varia, quorum Catalogum texuerunt iidem; Baron. Anno Chriſti 657. numero 31. & Bellarm. loco citato. Sed ex iis aliqua non extant, aliqua nondum ſunt in Latinam Linguam conuerſa, habes *Græcè & Latine Liturgiæ expoſitionem, *ſiue de Eccleſiaſt. Myſtagogiâ, & quorumnam ſint ſigna in ſancta Eccleſia, quæ in diuina Synaxi, ſeu Communione peraguntur* librum tomo 12. pagina 410. e

MAXIMVS Planudes, qui putatur floruiſſe Sæculo decimoquinto, quia viuebat circa tempora Concilij Baſilienſis, ſcripſit † Orationem: *In corporis Ieſu Chriſti ſepulturam, & ſacro-ſanctæ Dei Matris Lamentationem*. Interprete Ioachimo Axonio Grauiano, tomo 15. pag. 836. d 2. habita autem eſt hæc Oratio poſtridie Paraſceues.

MELITO Sardicenſis fuit Epiſcopus, Sæculo II. tempore Marci Aurelij Imperatoris, & M. Antonini Veri, Apologiam pro Chriſtianis obtuliſſe dicitur: ſcripta eius ferè omnia interierunt. Liber de tranſitu B. Virg. illi tributus pſeudepigraphus & Apocryphus, adſcripta initio illius breui cenſura & aliquot ſcholiis, extat, tomo 7. col. 579.

MEROBAVDES Hiſpanus Scolaſticus incertæ ætatis de Chriſto Carmen edidit, tomo 8. pag. 842. e

S. METHODIVS Confeſſor, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, floruit Sæculo IX. multa ſcripſit, ex quibus extat Fragmentum de iis qui abnegarunt fidem per diuerſos modos & ætates, ex Bibliotheca D. Ioannis Tilii Briocenſis Epiſcopi, Gentiano Herueto Aurelio interprete, tomo 6. col. 407. Niceph. in Chronologia eum numerat LXXXII. Epiſcopum Byzantinum, qui migrauit ex hac vita, Anno Domini 847. Eiuſdem, Methodij putatur eſſe Fragmentum Domino Pol. ex Segregationibus *σπουδαίων Μοναχῶν*, id eſt, ſtudienſium Monachorum, tomo 5. col. 822. Sed videtur eſſe antiquioris cuiuſdam, eiuſdem tamen nominis. Nec-non & † Reſcriptum aliquod ad eos qui dicunt *quid profuit nobis Filius Dei, Homo factus & crucifixus in terra? & quare Crucis figuram pati ſuſtinuit, & non aliquod aliud ſupplicium? & quæ vtilitas Crucis?* tomo 15. pag. 825. ex editione Iacobi Gretſeri Societ. IESV, Item † ad eos quos pudet Crucis Chriſti, tomo eodem, pag. 826. Aliqui hæc duo poſteriora opera tribuunt ſequenti Methodio Tyri Epiſcopo, qui vixit Sæculo tertio

METHODIVS Tyri Epiſcopus, ſiue Patarenſis quem Epiphanius hæreſi 64. EVBVLIVM quoque nominat, ſcripſit multa, quæ narrant Hieronymus, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus & alij: ſed nunc ſolum extant † Homil. de Simeone & Anna, quo die in templo ſibi occurerunt, deque S. Deipara à Per Pantino edita, tomo 15. pag. 604. & † Reuelationes quædam illi falsò tributæ, de rebus quę ab initio mundi contigerunt, quęque deinceps contingere debent per paraphraſim tranſlatæ, pag. 611. Martyrio affectus eſt in Chalcide, Sæculo III. ſub Decio & Valeriano circa annum Dom. 255.

MICHAEL Glycas, claruit ſæculo XII. Scripſit multa, vt habet Poſſeuinus in Apparatu. † Diſputationes duæ, interpret. Iacobo Pontano Societatis IESV, ex Bibliotheca. R. P. Andreæ Schotti eiuſdem Societ. IESV, extant I. *Vtrum in peccatum lapſis ſit condeſcendendum, an pro vt ratio poſtulat. increpandi ſint*. tomo 15. pag. 794 II. *Vtrum audiendi ſint docentes hominem à principio caducum corpus habuiſſe, & paſſionibus, ſiue incommodis naturalibus etiam ante tranſgreſſionem, obnoxium fuiſſe, cr-*

bumque ſenſibilem in Paradiſo, & lignum Scientiæ, ficum extitiſſe, tomo citato, pagina 795. Primam ſcripſit ad Ioannem Synaiteo Monachum & Styliam maximè venerandum: Alteram ad Venerabilem in primis Monachum Dom. Ioannem Smeniotam. Adiecimus in fine Scholium Iacobi Gretſer. Societ. IESV, pag. 799. Editi prætereà ſunt Annales ipſius, quos deditâ operâ hîc omiſimus.

MICHAEL Pſellus, qui vt vult Andreas Schottus Societ. IESV, vixit XI. Sæculo, ſcripſit plurima quæ partim latent adhuc in Bibliothecis, partim excuſa ſunt; nos omiſſis Philoſophicis & Medicinalibus ſolummodò poſuimus Paraphraſin ipſius in Cantica Canticorum quæ ex recognitione eiuſdem P. Schotti, extat Græcè & Latinè, tomo 13. pag. 681. & quam Pſellus hortatu & ſtudio Imperatoris cuiuſdam collegit, ex ſancti Gregorij Nyſſæ Epiſcopi, ſancti Nili, & S. Maximi Commentariis: Vnde inſcribitur: *Trium Patrum Comment. in Cantica Canticorum.*

MICROLOGVS, quem aliqui Ioannem Micrologum nominant, ſcripſit librum de Eccleſiaſticis Obſeruationibus, opera Iacobi Pamelij Brugenſis ſacræ Theologiæ Licentiati in lucem primùm editum & iàm ſecundo ad Manuſcrip. exemplaria ab eodem recognitum. Conſule ipſius Epiſtolam initio huius Operis quod compoſitum videtur ſæculo XI. ſub ann. Chriſti 1080 vixit enim Author ille temporibus Gregor. VII. Papæ, vt patet ex libri ſui cap. 14. in quo dicit ſuo tempore Gregorium VII. in ſede Apoſtol. ſediſſe & cap. 17. in quo de Anſelmo Lucenſi agit: fuit porro eiuſdem Anſelmi Lucenſis familiaris; in ſuo libro de Diuinis Officiis, quem ſcripſit perquàm diligenter, Ordinis Romani, cap. 9. 10. 11. 17. & aliis quinque in locis meminit, extat tomo 10. col. 729.

MINVTIVS Fœlix cauſidicus Romanus, Vixit Sæculo III. & ſcripſit Dialogum quem vocat *Octauium*, in quo Octauium Chriſtianum cum Cæcilio Ethnico diſputantem introducit, extat hic Dialogus, tomo 9. pag. 1. Ferebatur olim, teſte Hieronymo, in Minutio, ſub huius nomine, alius quidam liber de Fato, quem nunc non puto extare.

MISSA qua Æthiopes communiter vtuntur, quæ etiam Canon vniuerſalis dicitur: extat in indice Chronol. inter opera incertæ ætatis & in Bibliotheca tomo 6. col. 41. item Ordo Benedictionis Puerperæ ſecundum vſum Æthiopum, tomo eodem, col. 56. Ordo Baptiſmi ſecundum vſum Æthiopum, col. 57. Ordo Myſteriorum, ſiue adminiſtrationis Sacramenti Confirmationis, col. 72.

MISSA qua vtebantur antiqui Chriſtiani Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales, emendata & ab erroribus blaſphemiiſque Neſtorianorum expurgata ab illuſtriſſ. & Reuerend. D. Alexio Meneſio Archiepiſ. Goano, Indiæ Primate, in Synodo Diœceſ. Angamallæ, an. 1599 è Syriaco in Latinum Sermonem conuerſa & exſcripta ex itinerario Luſitanico, &c. tomo 6. col. 131.

MOSES Barcepha Syrus Epiſcopus, in Beth-raman & Beth-ceno, ac curator rerum ſacrarum in Mozal (hoc eſt Seleucia Parthorum.) dicitur Sæculo X. floruiſſe, & inter eius Authores collocatur à nobis cum Bellar. in lib. de Script. Eccl. quamquam hoc ſit cõtrouerſum: alij. n. in XV. Sæculum eum reiiciunt: alij etiam in XVI. vt videre eſt in tabula Chronologica Biblioth. Pariſienſ. edita anno 1624. ſcripſit Commentarium de Paradiſo, (antè annos 700. vt volunt) ad Ignatium fratrem interprete Andrea Maſio, extat tomo 1 col. 21. ſcripſit prætereà Commentarium in Matthæum, Librum de multitudine & differentia ſectarum, Librum de ſex primis diebus conditi mundi, quæ needum ſunt edita. Hunc tamen eſſe volunt Moſem illum Syrum, quem Andræas Fabricius Leodius, in Epiſtola ſua ad Othonem Cardinalem Epiſcopum Præneſtinum & Auguſtanum, Quæſtionum ſuarum in Tridentinum Cathechiſmum, nuncupatoria: Romam miſſum Legatum, ait, Pontificibus Paulo tertio, & Iulio tertio, ab Ignatio Syro Patriarcha Antiocheno, cum literis quibus petebat quid S. R. E. teneret in quibuſdam Fidei Chriſtianæ capitibus: ac prætereà, vt recognoſceret ſummam vtriuſque P. M. in totum orbem Chriſtianum, poteſtatem: Anno paulò plus minus 1550. At vereor ne cum Margar. fallantur, cum Maſius qui primus eum Commentarium nactus eſt & interpretatus, ante annos ſeptingentos compoſitum dicat. Vide Apparatum ſactum Poſſeuini. Noluimus rem hanc ſecundum mentem noſtram definire: propoſuimus vtriuſque partis momenta & rationes; eam, quam ſequi tibi placuerit, amplecteris.

MOYSES Mardenus Aſſyrius Iacobita, vixit Sæculo XVI. anno 1552 & à Patriarcha Antiocheno Legatus Romam miſſus fuit, ſcripſit fidei profeſſionem quam ſuo, & Patriarchæ ſui nomine eſt profeſſus Romæ, an. eodem. Extat ex ipſo profitentis autographo Syriaco traducta ad verbum per Andræam Maſium Bruxellanum, tomo 4. col. 858. Scripſit & Theologicam de SS. Trinitate Contemplationem, an. 1552. item, ex autographo Syriaco ad verbum tranſlata per eundem Andræam Maſium, tomo 4. eit. col. 860.

MVZARABES, hoc eſt, Chriſtiani mixti Arabibus, & qui intereà dùm Hiſpaniam Tyrannide ſua modis omnibus diuexarent & dilacerarent Sarraceni & Iudæi, variis in Hiſpaniæ Ciuitatibus patriæ dulcedine pellecti habitauerunt tributarii & vectigales, eàque lege permiſſi in inſti-

tuto & Religione Chriſtiana viuere, & Eccleſiaſticis vti cæremoniis vſque ad Almohadûm Arabûm in Hiſpaniam aduentum. Hi enim nullos omninò Chriſtianos ſecum habitare patiebantur, ſed cogebant omninò ad impietatem & Chriſti abnegationem, aut crudeli Martyrio enecabant: venerunt autem in Hiſpaniam temporibus Regis Alfonſi 7. Vaſæus, t. Tomo Chron. Hiſpaniæ, ad Ann. Chr. 717. At Ritus eorum Sacri longe ſunt Antiquiores. Miſſa Mozarabum ſeu Muzarabum à D. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo, peculiariter in Hiſpaniis vſitata, tom. 6. col. 103. videquæ ibidem prænotauimus.

ORDO Diuini Officii Gothici MVZARABVM, excerptus & in Latinum Sermonem conuerſus ex Hiſpanico libro de vita & rebus geſtis Franciſci Ximenis Ciſnerii S. R. E. Cardin. & Archiep. Toletani ſcriptus ab Eugenio Robleſio Parocho Toletanæ Eccleſiæ, quem ex ſua Biblioth. nobis depromſit Reuerend. D. Renatus Poterius Epiſcopus Bellouacenſis, & Par Franciæ, tomo 6. col. 15.

MISSA eadem Muzarabum magis antiqua, cum precibus Veſpertinis Feſti alicuius quod proprium habet Officium. Vt facilius tota res eluceſcat, id oſtenditur in Feſto ſancti Iacobi Hiſpaniarum Patroni, tomo eodem, col. 521.

N

NARBODÆVS, ſiue Narbodus Epiſcopus Rhedonenſis, putatur XI. Sæculo floruiſſe ſcripſit, ad R. Andegauorum Pontiſ. Epiſtol. tomo 3. col.   Melanium & Moderantium, anteceſſores ſuos dicit. Editio IV. Appendicis huius Biblioth. habebat: *Morbodes* hunc autem eſſe exiſtimo quem nonnulli Marbadum; Sigeb. verò libri de Viris Illuſtr. cap. 159. Marbodum Rhedonenſem appellat, & nonnulla, quæ enumerat, ſcripſiſſe ait. Lege Raymonem, Rochardum, vel Ramardum: hi enim ad huius Narbodi Morbodæi Rhedonenſis Epiſcopi tempora, in Andegauenſi cathedra ſederunt. **

NECTARIVS Pictauienſis: Vide Victor Victorinus.

NEMESIVS Emiſſenus Epiſcopus, & Philoſophus Chriſtianus, ſcripſit de * Natura Hominis librum qui extat Nicaſio Ellebodio Caſletano interprete, Græcè & Latinè, tomo 12 pag. 708. * Tractatus de iunctione Corporis & Animæ, de Corpore, de Elementis, de quinque ſenſibus, &c. ibidem, quo tempore vixerit hic Author incertum eſt, putat tamen Coccius eum vixiſſe Quinto Sæculo, in quo eum repoſuimus in indice Chronolog.

NEROPIVS Paulinus & Theraſia qui floruerunt ſæculo V. tempore S. Auguſtini. Aliquas Epiſtolas ſcripſerunt quæ habentur inter opera eiuſdem ſancti Auguſtini. Hic ex ac † Epiſtola ad Sanctum & Amandum Fratres, tomo 15. pag 827. Aliqui confundunt hunc Paulinum cum Paulino Aquitanico. †

NICEPHORVS Cartophilax, ſcripſit ad Monachum quendam Theodoſium, Corinthi incluſum de quarundam Quæſtionum explicatione, Epiſtolas duas, tomo 3 col. 47. Eiuſdem (non admodum certum tamen, an Nicephori cuiuſpiam alterius) Epiſtolæ, ad eundem Theodoſium (vt opinor) ex Typographorum incuria corrupto foliorum indice numero, penè prætermiſſum Fragmentum, de Ligandi Soluendique Poteſtate, tomo 3. col. 146. Hunc Authorem Sæculo VII. poſui cum Margarino, qui à Coccio ponitur anno 830.

NICEPHORI Confeſſoris incertæ ætatis Authoris, Canones extant, tomo ſexto, columna 423.

S. NICEPHORVS, Conſtantinopolitanus Patriarcha ab aliquibus dictus; cum tamen in Conſtantinopolitana Cathedra ſediſſe vnquam dici non poteſt, cum deduxerit ſeriem Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum vſque ad Ignatium Eunuchum, qui ſextus à Nicephoro Tharaſii ſucceſſore, illius Eccleſiæ clauum tenuit. Imperatorum verò, ad Michaëlem 3. Theodoræ filium occiſum in Palatio Mamitiis, & Eudoxiam coniugem Auguſtam Baſilij Macedonis, quo imperante ſcribebat, deinceps verò Nicephorum nullum Bizantii Patriarcham legimus. Mirum ſanè, & paradoxum cùm omnes ferè citent hanc Chronologiam ſub nomine ſancti Nicephori Conſtantinopolitani Epiſcopi, quem certum eſt Sæculo IX. ſub Leone Armeno claruiſſe. Vide Baronium Notis ad 13. Martii Romani Martyrologii. Niſi fortè velimus v. illos Conſtantinopolitanos Epiſcopos, qui poſt Nicephorum in Chronologia ponuntur, non ab ipſo ſancto Nicephoro, ſed vel ab Anaſtaſio Bibliothecario interprete, vel ab alio fuiſſe adiectos. Sed id in medio relinquimus, (vide tamen quæ notauimus initio Operis Nicephori, tomo 7. col. 265.) Quidquid ſit ea de re, certum eſt eum eſſe Auth. Chronologiæ tripartitæ, olim quidem ab Anaſtaſio Sedis Apoſtolicæ Bibliothecario: Deinde, ante aliquot annos; per Ioannem Camerarium, Latinæ factæ: Poſtremò autem, ad Anaſtaſii exemplaris fidem emendatæ, & Notis illuſtratæ per Antonium Contium, vſque ad Hieroſolymitanorum Pont. Catalogum, quæ enim ſequuntur, adiecta ſunt per M. D. L. B. tomo eodem col. 265. & ſequentibus. Eiuſdem, Opuſcula quatuor contra Iconomachos Franciſco

Turriano interprete, ex tomis antiquæ lect. Henrici Caniſii I. C. tomo quarto, parte ſecunda, columna 1119. Miſit anno Domini 811. valde prolixam Epiſtolam ad Leonem tertium Pontif. quæ extat apud Baron. tomo 9. Annalium, ac propterea à nobis hic omiſſa eſt.

NICETAS Acominatus, ſiue Choniates, floruit Sæculo XII. maximè temporibus Manuelis Comneni Imperat. & ſucceſſorum eius, ſiue, vt dilucidius explicat Cardin. Bellar. Lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. ab Imperio Ioan. Comneni, Alexij filii, vſque ad obitum Balduini, primi ex Latinis, Imperatoris Conſtantinopolitani; quo temporis ſpatio Hiſtoriam ſuam dilatauit. Multa Scripſit, extat hîc * Fragmentum ex Libro xx. Theſauri Orthodoxiæ, de Ordine, qui ſeruatur cum quis à Saraceniſmo ad Chriſtianiſmum tranſit, Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 527. Scripſit prætereà Hiſtoriam (de quâ mox locuti ſumus) ab anno 1118. vſque ad annum 1205. quæ extat impreſſa cum Hiſtoriis Orientalibus, ac propterea hîc à nobis omittitur.

S. NICO, ſeu Nicon Græcus, claruit vt putat Coccius XIII. Sæculo, ſcripſit quædam ſed non extat niſi fragmentum quoddam ex Epiſtola ad Eocliſtium de iniuſtâ Excommunicatione, & aliud de peſſima peſſimorum Armeniorum Religione, tomo 3. col. 149. Vide ibidem prænotata ad primæ Epiſtolæ fragmentum.

NICOLAVS Cabaſilas, Schiſmaticus Græcus, floruit Sæculo XIV. circa medium, tempore Ioan. Cantacuzeni Imperatoris, vel potius Tyranni. Fuit vir valdè doctus & Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, vt colligere licet ex Bellarm. in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Scripſit plurima. * Eius compendioſa interpretatio in Diuinum Sacrificium, ſiue Liturgiæ expoſitio, extat Gentiano Herueto interprete, Græcè & Latinè edita, tomo 12. col. 444. Græcum Textum primùm accepimus ex Manuſcrip. codicibus Biblioth. Regis Chriſtianiſſimi LVDOVICI XIII. Auguſtiſſimæ memoriæ. Hunc ipſum Cabaſilam excuſare conatur Gentianus Heruetus in ſua, quæ hic præfigitur, admonitione ad Lectorem; ſed fruſtrà: conſtat. n. eum Romanæ Eccleſiæ infentiſſimum fuiſſe & aduerſus Diuum Thomam Aquinatem, de Proceſſione Spiritus ſancti librum Hæreticum ſcripſiſſe, quapropter cautè ſcripta eius ſunt legenda.

NICOLAVS Methonenſis Epiſcopus Græcus, & Schiſmaticus, Eccleſiæ Romanæ perduellis, vixit Sæculo XII. de quo vide quæ tomo 12. pag. 516. prænotata ſunt, ſcripſit, præter alia, * Libellum *ad eos qui hæſitant, aiuntque conſecratum panem & vinum non eſſe Corpus & Sanguinem Domini noſtri* IESV CHRISTI, extat Græcè & Latinè, tomo citato, ibidem.

R. P. D. NICOLAVS Oreſmius, Lexouienſis Epiſcopus, floruit Sæculo XIV. Anno Domini 1378. fuit Caroli V. Francorum Regis, cognomẽto Sapientis, Præceptor, ſcripſit Tractatum de Mutatione Monetarum, qui extat tomo nono, colum. 661. Multos ille libros Ariſtot. Ciceronis, aliorumque Auctorum conuertit in Gallicam Linguam, de eo vide Annales Franciæ, &. Genebrardum lib. 4. Chronographiæ, pag. 707.

** NICOLAVS quidam qui floruit Sæculo IV. miſit reſcriptum ad Marcum Exercitorem quo agit illi gratias ob præcepta ſalutaria quæ illi per epiſtolam ſcripſerat: Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 962.

NILVS Monachus Conſtantinopolitanus diſcipulus S. Chryſoſtomi, Epiſcopus & Martyr, ſcripſit multa, & vndique conquiſita Opuſcula variorum interpretum eruditione, Latinis ſparſim communicata: ex quibus nunc extant, quæ ad noſtras manus peruenerunt, * Capita parænetica 229. Græcè & Latinè, tomo 13. pag. 1168. de Oratione capita 147. tomo quinto, colum. 328 Eiuſdem liber Aſceticus tomo eodem, colum. 339. Inſtitutio ad Monachos, tomo quinto, col. 366. e. Eiuſdem aduerſus octo primaria vitia Orationes octo, tomo citato, col. 368 Eiuſdem breuis Inſtitutio ad Monachos iuniores, col. 375. eiuſdem Epiſtolæ duæ breues, ad Anaſtaſium Epiſcopum, col. 375. & 376. Fragmentum ex quodam (vt veriſimile eſt) tractatu parænetico, ibidem, colum. 375. tractatus de octo vitioſis cogitationibus, colum. 377. Vide de hoc Nilo & eius ſcriptis Nicephorum libro 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. & 53. Cuius verba in fronte Operum poſuimus, col. 327. Photium in ſua Bibliotheca, & Poſſeuinum in Apparatu. Vixit autem ſub Theodoſio Iuniore Imperatore, Sæculo V. circa annum Domini 445. vt ſcribit Bellar. in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis.

NONNVS Panopolita quem Sixtus Senenſis inter Græcos Chriſtianos Poëtas principem numerat, teſte Suida, * Ioannem Euangeliſtam Carmine Heroïco eſt interpretatus; extat hoc opus Græcè & Latinè, ex editione Ingolſtadiana, tomo 14. pag. 304. feruntur etiam ſub eiuſdem Nonni nomine Dionyſiacorum libri 48. quos, quòd ad rem Eccleſiaſticam nihil conferant, hîc omittimus, vixit circa initium Sæculo VI. ante tempora Iuſtiniani Imperatoris: nam Agathias qui ſub Iuſtiniano floruit libro 4. de bello Gothico, authoritate eius vtitur.

NOVATVS quidam monachus Catholicus, quem à nato Chriſto Sæculo 4. vixiſſe putat Margarinus, ſcripſit Homiliam de Humilitate & Obedientia, & calcanda ſuperbia ad Fratres, extat tomo 2. col. 76.

O

ODO Abbas Tornacenſis, vir vetuſtate, Religione, & eruditione venerabilis, poſteà Eccleſiæ Cameracenſis Epiſcopus, floruit circa initium Sæculi XII. ſcripſit Expoſitionem in Canonem Miſſæ, quatuor diuiſam diſtinctionibus. extat tomo 6. col. 355. De ipſo agunt Trithemius libro 2. de Viris Illuſtribus, Ordinis ſancti Benedicti, cap. 118. & Antonius Democbares in Tabulis Epiſcoporum Cameracenſium, quem aiunt obiiſſe anno Domini 1113. Gaterius 1128. habet: primumque fuiſſe ſeruot qui Canonem Miſſæ Commentariis illuſtrauerit.

S. ODO, aliàs Ada, primum Canonicus Eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis: deinde Monachus & I. vel ſaltem II. (vt habetur tomo ſeptimo, colum. 643.) Abbas Cluniacenſis, Auditor Remigij Antiſſiodorenſis, Monaſticique Ordinis in Gallia reparator egregius, claruit Sæculo X. anno Chriſti 920. & obiit anno 937. teſte Sigeberto. Scripſit multa: hic extat ** ad Fulconem, cognomento bonum, Andegauenſ. Comitem Epiſtola, tom. 7. citata col. 636. De Tranſlatione corporis ſancti Martini (ſiue vt ipſe dicit) *Reuerſionis eius de Burgundia*, Tractatum, ibidem, col. 637. Nec-non alium tractatum inſcriptum: *Quod beatiſſ. Martinus compar Apoſtolis dicitur*, ibidem, colum. 643. vbi vide præfixam admonitionem in qua refertur, Baronium de eo multa dixiſſe, &c. Prætereà ſcripſit libros quatuor de vita ſancti Geraldi, qui extant inter vitas Sanctorum. **

ODO Pariſienſis Epiſcopus vixit Sæculo XII. ad ann. Dom. 1175. Deſcripſit Synodicas Conſtitutiones. extant tomo 6. col. 409. Vide quæ ad eius Opuſculorum initium annotauimus ex Petri Bleſenſis Epiſtola CXXVII. & CXXVIII. Poſitus eſt hic Author Sæculo XI. in indice Chronol. ſub finem per incuriam Typographi. **

OLYMPIODORVS, ex Philoſopho Peripatetico, Monachus Græcus, quem Cardinalem Bellarminum ſecuti Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, poſuimus XI. Sæculo, quamuis, vt ipſe ait, incertum ſit quo tempore vixerit, alij enim collocant eum inter annum 800. & 900. alij poſt annum 1000. Scripſit * Commentarium in Eccleſiaſten Salomonis, Zenobio Acciaiolo Florentino interprete. Græcus textus primùm prodiit anno 1624. ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſ. Ludouici XIII. Auguſtiſſimæ memoriæ. Græcè & Latinè habetur tomo 13. pag. 602. & ſeqq. Plura de ipſo reperies, tùm in Sixti Senenſis Biblioth. S. libro quarto, tùm in ſacro Apparatu Poſſeuini. *

OPTATVS Afer, Epiſcopus Mileuitanus claruit Sæculo IV. circa annum Domini 370. ſub Valentiniano & Valentino Principibus, ſcripſit de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum libros ſeptem, quos habes cum Franc. Bald. V.C. commentariis & recognitionibus, tomo 4. col. 325.

ORATIONES Miſſales deuotiſſimæ ex vetuſtiſſimo Manuſcr. Gotthico Miſſali, tom. 6. columna 155.

ORDO Romanus, de Diuinis Catholicæ Eccleſiæ Officiis (quem VIII. Sæculo ſcriptum eſſe exiſtimant Melchior Hittorpius, & Iudoc. Coccius) extat tomo 10. pag. 1. vſque ad 140. in cuius tomi initio capita eius omnia breuiter recenſentur: adiungitur expoſitio Miſſæ tranſcripta ex venerandæ vetuſtatis Codicibus, tomo eodem, col. 1169. ante quam immediatè habetur Epiſtola Melchioris Hiſtorpij, ſeu Hittorpij. Item, *qualiter quædam Orationes, & Cruces in* TE IGITVR *agendæ ſint*, tomo eodem, col. 1177.

ORESIESIS, vel vt quidam, Orieſieſis, aut Oreſteſis, Sæculo IV. fuit Monachus Abbas, Theodori & Pachomij æqualis, vt ſcribit Gennad. in lib. de Viris Illuſtr. de quo etiam agit ſanctus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. Scripſit, teſte eodem Gennadio ibidem, Regulas de Inſtructione Monachorum, diuino ſale conditas: quæ extant, tomo 5. colum. 671.

S. ORIENSIVS, ſiue Orenſius Illiberitanus Epiſcopus, cuius meminit Sidonius Apollinaris libro 9. epiſtola 12. vixit Sæculo V. vt colligere eſt ex illa inſtructione ad Lectorem circa eundem Authorem quæ præfixa eſt eius operi: ſcripſit Carmine † Commonitorium, quod extat editum & notis illuſtratum à Martino Delrio è Societate IESV, tomo 15. pag. 637. †

P

S. PACHOMIVS, ex milite Gentili factus Monachus, & deinde Abbas, ſancti Antonij æqualis & forte Diſcipulus: floruit Sæculo IV. circa annum Chriſti 340. Scripſit, Angelo dictante, † Regulam Monachorum, quam ex verſione Hieronymi habes, tomo 15. pag. 629. extat eadem nonnihil diuerſa apud Palladium. Edita ſunt à Voſſio † Monita quædam Pachomij, quæ extant pag. 634. †

PACIANVS Barcbinocenſis, ſeu Barcinocenſis Epiſcopus, cuius filio Dextro, ſuum Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogum inſcripſit ſanctus Hieronymus; vixit Sæculo IV. & eodem obiit, Imperante Theodoſio: Scripſit ad Sympronianum Nouatianum Epiſtolas tres contra Nouatianos, quas habes, tomo 3. col. 49. Parænesin, ſiue Exhortationem ad Pœnitentiam, col. 69. Sermonem ad fideles Catechumenos de Baptiſmo, col. 75. Quæ opera enumerat Bellarm. in libro de Scripr. Eccleſiaſt.

PALLADIVS Galata Epiſcopus Helenopolitanus, qui Euagrii Diſcipulus fuit, & Rufini
** æqualis atque amicus: ſcripſit Lauſiacam Hiſtoriam, Heraclidi Eremitæ aliquando adſcriptam, & titulo ſeu nomine Paradiſi editam, quæ hic extat Græcè & Latinè, Gentiano Herueto interpr. ex editione Lugdunobatau, & ex Manuſcr. Regis Chriſtianiſſ. adiectis Scholiis per R. Laurentium Barrenſem, tomo 13. pag. 893. Bellarminus eum vixiſſe dicit Sæculo IV. circa annum Dom. 390. nos eum in V. Sæculum reiecimus, quia eo vſque vitam ſuam produxit.

* PANTHALEON Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, ſcripſit * Sermonem vnum de Chriſto & ſancto Ioanne Præcurſore eius, Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 686. Hunc Authorem VII. Sæculo poſuimus cum Margarino, qui à Coccio ponitur Sæculo IX. anno Dom. 850.

PASCHASIVS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, vir magnæ ſanctitatis & doctrinæ, extat inter Authores Sæculi V. licet etiam floruerit temporibus Gelaſii, Anaſtaſii & Symmachi Pontificum Romanorum, ſcripſit libros duos de Spiritu ſancto, quibus Symboli enarratio continetur, aduerſus errores Macedonii: opus peruetuſtum, & à ſancto Gregorio I. P. M. valdè probatum. Extat tomo 9. col. 179 Huius .n. meminit idem S. Gregorius Magnus, Dialog. 4. cap. 40 & 41. Sigebertus quoque lib. de Viris Illuſtribus cap 17. refert quia pertinacius fauiſſet in ſuperordinatione Laurentij contra ſanctum Symmachum PP. Germanum Capuæ Epiſcopum, vidiſſe illius defuncti Animam in thermis in igne Purgatorio poſitam. Conſule D. Baronii Martyrologium.

S. PATERIVS, ſiue Patricius Apoſtolus Hyberniæ, vixit Sæculo V. Romam enim profe-
† ctus eſt, circa annum Chriſti 430 & ſub Cæleſtino primo Papa, Legatione functus eſt ad Hybernos, extat ea † Legatio accepta ex Miſcellaneis Ger. Voſſij, & primùm ex Biblioth. Monaſterij Gluſtoniæ, in quo ipſe Abbas fuit, antequàm eſſet Epiſcopus Hiberniæ, tomo decimoquinto, pagina 636.

PAVLINVS Aquileïenſis Epiſcopus, ſcripſit, ex Decreto Caroli Magni Galliarum Regis &
** Imperatoris, quem *terræ Dominum vocat*, aduerſus Felicem Vrgelitanum, & Eliphandum, ſeu Elipandum Toletanum Epiſcopos, libellum to. 4 col. 315. & to. 6. Concil. edit. Morel. cum hac inſcriptione: *Incipit Libellus Sacro-Syllabus, &c.* Habitus eſt Paulinus Aquileïenſis Epiſcop. doctrinâ & ſanctitate celebris, ipſumque, & in vitâ, & poſt mortem claruiſſe miraculis produnt monumenta Aquileïenſis Eccleſiæ. moritur tempore Caroli Magni, Sæculo IX. Anno Salutis 802. Plura, de eo in Annalium Eccleſiaſticorum tomo 9 anno 802 cap. 16. & ſequentib. Eiuſdem aduerſus eundem Felicem, libri ſeptem, eruti ex Manuſcr. V. C. Nicolai Fabri I. C. tomo 4. parte 2. col. 1. & ſequentibus.

PAVLINVS Aquitanus V. I. & Senatorius, demùm Epiſcopus Nolanus, notus fuit opinione ſanctitatis Ambroſio, Martino, Hieronymo, Auguſtino & Sulpitio, vt ſcribit Bellarm. in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. De eo multa Baronius tomo quinto Annalium, inter quæ dicit eum obiiſſe Sæculo V. anno Domini 431. Scripſit multa, ex quibus extant de vita ſancti Martini Epiſcopi Turonenſis libri ſex ad Perpetuum Epiſcopum Turonenſem, tomo 8. pag. 851. Eiuſdem de Viſitatione Nepotuli ſui verſus, tomo eodem, pag. 882. perbreue Opus eiuſdem de ORANTIBVS, pag 883. omnia primùm in lucem edita ex vetere Manuſcripto codice Petri Pythoei V. C. ſtudio & diligentia Franciſci Iureti, cuius etiam notæ & emendationes adiunctæ ſunt, pagina 885. Item veterum Authorum teſtimonia de Paulino Nolano collecta ab eodem Iureto, pag. 883. Habetur etiam tomo 3. col. 37. ſancti Paulini Epiſcopi Nolani ad Fauſtum Rhegienſem Galliarum Epiſcopum, de variis Quæſtionibus, Epiſtola: ſed hæc alterius videtur eſſe propter rationem quam aſſignauimus in fronte Epiſtolæ, ibidem.

† PAVLVS Diaconus, incertæ ætatis Author, compoſuit † Homiliam ſuper parabola Regis volentis rationem poſcere de ſeruis ſuis: *Simile eſt Regnum Cœlorum Homini Regi, &c.* extat ex editione Thomæ Galleti, tomo 15. pag. 834. d 2

PAVLVS Oroſius Presbyter Hiſpanus, & ſancti Auguſtini Diſcipulus: vixit ſecundum Bellarminum in libro de Scriptorib. Eccleſiaſticis, Sæculo V. anno Chriſti 425. de eo etiam agit Ba-
† ronius, tomo quinto Annalium: ſcripſit ad ipſum S. Auguſtinum † Hiſtoriarum libros ſeptem, qui extant ex recognitione Renati Laurentii de la Barre, tomo 15. pag. 148. Item † de arbitrii libertate aduerſus Pelagium, librum apologeticum ex recognitione Andreæ Schotti, extat tomo eodem, pag. 800.

PAVLVS Samoſatenus Antiochenus Epiſcopus Hæreſiarcha, Sabellium æmulatus, qui Ptolemaide in Lybia nefarium aduerſus ſanctiſſimam Trinitatem dogma, paulò antè vulgauerat, Filij & ipſe diuinitatem oppugnare cœpit, vt teſtatur Euſebius libro 7. Hiſtor. cap. 8. Epiphan. Hæreſi 65. & alij paſſim. Multa ſcripſit nefaria quæ perierunt, hîc extant decem Quæſtiones quas Dionyſio Alexand. propoſuit vnà cum Reſponſionibus Dionyſij, Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 278. vixit Sæcul. III. & extat in Appendice indicis Chronologici. **

S. PELEGRINVS, vel vt alij legunt, Peregrinus, Archiepiſcopus Laurenſis, ſeu Laureacenſis, ſcripſit Symbolum Fidei, quod extat tomo 4 col. 857. vixit Authore Coccio, Sæculo X. anno 970. Hunc Pelegrinum dicit Pictauienſis Eccleſiæ Antiſtitem & Archiepiſcopum Laureacenſem triceſimum primum, vltimum tamen Adalberto ſucceſſiſſe, anno Chriſti 971. Pataniæ verò ſediſſe annis viginti, ſub tribus Othonibus Imperator. & obiiſſe anno Domini 990. aliàs 999. Gaſpar Bruchius, libro de Laureaco veteri.

PEREGRINVS alius, Presbyter Lirinenſis: vide Vincentius Lirinenſis.

S. PETRVS Apoſtolus, vixit Sæcul. I. Miſſa Apoſtolica, ſeu Diuinum Sacrificium eiuſdem Petri, cum Canone Latino S. Eccleſiæ Rom. extat ex Manuſc. Chriſtianiſſ. Regis Ludouici XIII. fœlicis memoriæ, Græcè & Latinè, tomo 12. pag. 360. *

PETRVS Venerabilis, fuit nobilis Aquitanus, primò miles, deinde Monachus & Abbas Cluniacenſis Ordinis ſancti Benedicti; ad vtilitatem legentium quædam deuota compoſuit Opuſcula, de quibus iſta feruntur. Reuelationes multorum liber 1. de Conuerſatione Eremitica, liber 1. Epiſtolarum ad diuerſos liber 1. Alia quoque nonnulla edidit quæ ad notitiam meam nondum venerunt. Hic habemus tantum Opuſculum ipſius quod inſcribitur *Nucleus de Sacrificio Miſſæ*, tomo 10. col. 1091. quod quidem genuinum eſſe ac germanum illius fœtum recentiores conſtantiſſimè tuentur. Claruit circa annum Chriſti M.C. Poſuimus eum inter Authores Sæculi XI. licet non ignoremus etiam vixiſſe initio Sæculi XII. vtpote qui dicatur S. Bernardi æqualis. **

PETRVS primùm Monaſterii Cellenſis, poſteà ſancti Remigii Rhemenſis Abbas, & Epiſcopus fuit Carnotenſis, floruit Sæculo XII. Scripſit ad D. Ioannem Saliſberienſem, de Panibus librum, tomo 9. col. 823. extant eiuſdem, Moſaïci Tabernaculi, Myſticæ & Moralis expoſitionis libri duo, col. 911. Eiuſdem, de Conſcientia, ad Alcherum Monachum liber; ex Bibliotheca V.C. N. Fabri, primum exſcriptus & editus, col. 938. Scripſiſſe & alia conſtat quæ in lucem nondum prodierunt.

† Decerpta ex florilegio cuiuſdam Anonymi, ſiue PETRI Abbatis, ex Anachoretarum dictis potiſſimùm, tomo 15. pag. 858. a 1. extat inter Authores Sæculi XII. †

PETRVS Apollonius Collatinus, ſeu Collatius, al. Presbyter, al. Epiſcopus Nouarienſis, ſcripſit Carmine heroïco, de excidio vrbis Hieroſolymitanæ libros quatuor qui extant emendatiores, opera & ſtudio Adriani Vander-Barchii, cum nonnullis eiuſdem ad marginem notis, tomo 8. pagina 731. Hunc Authorem Sæculo VII. cum Margarino poſuimus.

PETRVS Bertrandus Diœceſis Viennenſis, vir vtriuſque Iuris Profeſſor, olim Epiſcopus Eduenſis, poſteà S.R.Eccl. Cardinalis, T. S. Clementis, floruit Sæculo XIV. anno 1319. Scripſit, inter alia, Libellum contra Petrum de Cugneriis, ſuper facto Prælatorum Eccleſiæ Gallicanæ, pro eiuſdem Eccleſiæ libertate. extat tom. 4. col. 863. Item, Tractatum de Origine & vſu Iuriſdictionum, ſiue de Spirituali & Temporali Poteſtate, in quatuor breues Quæſtiones diſtributum, extat col 899. & ſeqq. Verumetiam diſputauit coram Rege Francorum Philippo VI. de iuriſdictione illa Eccleſiaſtica.

PETRVS Damiani, ſic à fratris ſui Damiani nomine vocatus, quod eum, cum puer eſſet in magnis anguſtiis conſtitutus, loco piiſſimi parentis habuiſſet. Ordinatus fuit ex Monacho D. P. Benedicti, Epiſcopus Hoſtienſis, & S.R.E. Cardinalis, floruit Sæculo XI. circa medium, temporibus Gregorij VI. & ſucceſſorum eius vſque ad Gregor. VII. ad quos omnes Epiſtolas miſit, vt loquitur Bellarm. in libro de Script. Eccleſiaſticis, qui multa de eo diſputat. Scripſit plurima Opuſcula ex quibus hîc habetur liber ad Leonem Eremitam, *Vtrum ſolitarius orans Horas Canonicas, debeat etiam dicere*, DOMINVS VOBISCVM, *quando nemo ſit qui reſpondeat*, qui ideò inſcribitur DOMINVS VOBISCVM, tomo 10. col. 715. de eodem Petro Damiani nonnulla habentur initio tomi citati in titulo PETRVS DAMIANI. **

PETRVS de Philichdorff ſacræ Theologiæ Profeſſor, Librum ſcripſit in XXXVI. capita diſtributum contra Waldenſes, tomo 4. parte 2. col. 777. Reperitur inter Authores Sæculi XIII. cum ſequenti fragmento.

Fragmentum ex Tractatu PETRI de Philichdorff contra Pauperes de Lugduno, ex Manuſc. codice Monaſterii Tegernſeenſis. extat tomo 4. parte 2. col. 815.

PETRVS II. Senonenſis Archiepiſcopus LXXII. dictus de CORBOLIO; quem in indice Chronologico poſuimus Sæculo XII. quia natus eſt ſub finem eiuſdem Sæculi, floruit maximè Sæcul. XIII ſiquidem fortiter pugnauit contra Albigenſes, Manichææ Sectæ colluuiem. extant il- **

lius (vt plurimi autumant) Conſtitutiones, tomo ſexto, columna 419.

PETRVS Laodicenſis Epiſcopus, & Germanus Patriarcha Conſtantinopol. ſcripſerunt expoſitiones in Oration. Dominicam, quæ extant tomo 1. col. 369. floruit hic I. Author Sæculo VII. in quo cum iuxta Coccium & alios collocauimus.

† PETRVS Siculus floruit Sæculo IX. circa annum Do. 870. ſcripſit † Librum, ſiue Hiſtoriam de vanâ & ſtolidâ Manichæorum hæreſi, Archiepiſcopo Bulgarorum nuncupatam: extat per Matthæum Raderum Societ. IESV edita, tomo 16. pag 814. & ſeqq.

PHEBADIVS, aliàs Sebadius Agenni Epiſcopus, floruit Sæculo IV. ſcripſit librum contra Arianos, qui extat tomo 4. col. 169. De eo ſic Inquitur Hieronym. in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſt. *Sebadius Agenni Galliarum Epiſcopus, edidit contra Arianos librum: dicuntur & eius eſſe Opuſcula quæ necdum legi* (quæ tamen Sophronius legit) *viuit vſque hodie decrepita ſenectute.*

S. PHILASTRIVS Brixienſis Epiſcopus, floruit tempore ſancti Ambroſij Sæculo IV. vt ſanctus Auguſtinus teſtatur initio libri de Hæreſibus ad Quod vult Deus. Scripſit librũ de Hæreſibus, tomo 4. col. 1. & ſeqq.

PHILO Carpathius Epiſcopus coëtaneus fuit ſancti Epiphanij, à quo Epiſcopus ordinatus eſt vt in vita eiuſdem ſancti Epiphanii legitur: ſcripſit Commentarium in Cantica Canticorum, ad Euſtatium Presbyterum, & Euſebium Diaconum, Stephano Salutato Piſcience, interprete, tomo primo, col. 159. Ab aliquibus in Sæculum V. reiicitur: nos, ſecuti Bellarminum in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. poſuimus Sæculo IV. circa annum 374. vide quæ initio Commentariorum illius adſcripta ſunt a nobis.

S. PHILOTHEVS Epiſcopus, ſiue Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ſedit in ſchiſmate Græcanico, vixit Sæcol. XIV. ſcripſit varia, quæ adhuc latent in Bibliothecis, præſertim in Bauarrica, in qua extant varia eius Opera Græca, num. 49. Extat ipſius Ordo inſtruendi Diaconum: videlicet quomodo miniſtrat Diaconus cum Sacerdote in magno Veſpertino, Diluculo, & Liturgia, tomo 6. col. 149. Item, * Laudatio in eximios Pontifices & totius orbis terrarum Doctores SSS. Baſilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioannem Chryſoſtomum, ex interpret. Iacobi Pontani Societ. IESV, Presbyteri, & ex editione Germanica. Extat Græcè & Latinè, tomo 12 pag. 557. & ſeqq. De eo plura ſcripta ſunt apud Ioannem Catuzentum, libro 4. Hiſtor. & apud Poſſeuinum in Apparatu Sacro.

S. PIVS I. huius nominis P.M. & Martyr paſſus eſt Sæculo II. Antonino Pio, vel vt alii, M.
** Aurelio Antonino, & Lucio Vero Imperatt. ſcripſit Epiſtolam ad fratrem Iuſtum Viennenſem Epiſcopum quæ extat, tomo 3. col. 15.

S. POLYCARPVS Martyr Smyrnæorum Epiſcopus, & Diſcipulus ſancti Ioannis Euangeliſtæ, ſuperuixit vſque ad imperium M. Antonini Sæculo I. & II. ſcripſit vnam Epiſtolam ad Philippenſes, quæ extat, tomo 3. col. 923.

S. PORCARIVS Abbas, ſcripſit † Epiſtolam quæ habetur, tomo 15. pag. 832. e 2. ni fallimur, ille eſt Abbas Monaſterii Lirinenſis & Martyr cum 500. alijs Monachis Lirin. ſub Genſerico Rege wandalorum, de quo mentionem facit Author Hiſtoriæ ſancti Honorati Arelatenſ. libro tertio cap. 24. & cuius narratur Viſio prænuncia futuri Martyrii, huius Biblioth. tomo 7. col. 623. b, c. Feſtumque eius & ſociorum celebratur in Eccleſia prid. Idus Auguſt. quapropter eius ætas incerta eſſe non videtur, ſed quia inter Authores incertæ ætatis habetur, tum in tomo 15. pag. cit. tum in editione Colonienſi Biblioth. Patr. eum inter huiuſmodi Authores, nos antiquitatis ſeruandæ Religioſſimi reliquimus.

POTHO Prumienſis Presbyter, ſeu potiùs Epiſcopus, floruit Sæculo XII. circa annum Domini 1152. ſcripſit de Statu Domus Dei Libros quinque. Item, de Magna Domo Sapientiæ, Librum vnum. Extant tomo 9. illi colum. 561. & ſeqq. hic col. 611. Scribere porro cœpit (vt narrat Bellarminus) de domo Dei, anno quo mortuus eſt Rex Conradus, hoc eſt 1152. quod etiam manu ſua ipſe notatum reliquit.

PRIMASIVS Epiſcopus Africanus, cuius meminêre Caſſiodorus Inſtitutione Diuin. Lection. cap. 9. & Iſidorus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, collegit, teſte Sixto Senenſi, ex Ambroſio, Hieronymo & Auguſtino Commentaria in Epiſtolas Pauli, quæ extant tomo primo, col. 1057. Scripſit præterea Commentaria in Apocalypſim, cuius meminit idem Caſſiodorus, extat ibidem, colum. 1356. de Hæreſibus ad Fortunatum Libros tres, vt teſtis eſt idem Iſidorus, ſed ij libri videntur interiiſſe: vixit Primaſius, non vt vult Sixtus Senenſis, Sæculo V. anno 440. ſed Sæculo VI. circa annum Domini 550. vt patet ex Collatione ſecunda v. Synodi, ibidem, columna 1055.

PROBA Falconia vxor, non Adelphi Proconſulis, vt ſcribit Iſidorus, ſed Anicij Probi Præfecti Prætorio, poſteà Conſulis, mater Probini, Olibrij & Probi ſimiliter Conſulum, de qua multa Hieronym. Epiſtol. 8. & Baron. tomo 4. & 5. Annalium, ſcripſit Virgilio-centones, ſiue excerptum ex Virgilij carminibus, ad teſtimonium veteris & noui Teſtamenti, Opuſculum: tom. 8.

pag.708. floruit non ſub Theodoſio Iuniore, vt voluit Sixtus Senenſis, ſed ſub Gratiano, poſt medium IV. Sæculi.

S. PROCHORVS Chriſti & D. Ioannis Euangeliſtæ Diſcipulus, vixit Sæculo I. vnus fuit ex ſeptem primis Diaconis, & Nicomediæ Præfectus Epiſcopus à ſancto Pauln, vt teſtis eſt Sophronies in fragmento de certaminibus & peregrinationibus SS. Petri & Pauli, huius Biblioth. tomo 7. col. 107. tandem fide & miraculis clarus Martyrio coronatus eſt: de quo vide Martyrol. Romanum. Narratio ſeu Hiſtoria de vita, Miraculis & Aſſumptione, ſancti Ioannis Apoſtoli illi falſo adſcripta & apocrypha extat, illuſtrata Scholiis per Renatum Laurentium Barrenſem, tomo ſeptimo, col. 108.

PROCLVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus Diſcipulus ſancti Ioannis Chryſoſtomi qui claruit Theodoſio Iuniore Imperante, Sæculo V. circa annum 430. Scripſit * Epiſtolam de Fide ad Armenios, extat Græcè & Latinè, Antonio Agellio Acernenſi Epiſcopo interprete, tomo vodecimo, pag 309. Epiſtolam hanc citat cum magna honoris Præfatione, appellatque *Tomum bonorum intellectuum & rectorum dogmatum plenum*, Cyrillus Alexandrinus ad finem Expoſitionis Symboli Nicæni, & in Epiſtola xxxi. ad Ioannem Antiochenum. Quinta verò Conſtantinopolitana Synodus, Collatione, ſeu Confeſſione v. ſcribendæ huius Epiſtolæ cauſam dicit fuiſſe, quòd porrecta fuiſſent ab Armeniis impia Capitula ex Theodori Mopſueſtienſis Codicibus, ſanctæ memoriæ Proclo, ac proinde ad tales eorum libellos reſcribere voluerit. Extat eiuſdem Procli elegans † Homilia de Domini noſtri IESV CHRISTI Natiuitate, interprete Theodoſio Peltano, tomo decimoquinto, pag. 645. † & in Transfigurationem Domini noſtri, pag. 647. † Epiſtola ad Domnum fratrem & conſacerdotem, pagina 648. † Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum pagina 649. Item, † Epiſtola Synodica ad Domnum Antiochenum Epiſcopum, pro cauſa Athanaſij Perrenorum Epiſcopi, pagina 650. † Oratio Panegyrica in ſanctum Andræam Apoſtolum, Carolo Fabiano interprete, tomo 15. pag. 814. Vide de Proclo quæ ſcribit Socrates, lib. 7. cap. 40. 41. & 42.

S. PROSPER Aquitanicus, Epiſcopus Rhegienſis, Hilarii æqualis & quondam Leonis I. Papæ Notarius, floruit V. Sæculo circa annum Dom. 440. ſcripſit diuerſa Opuſcula ſoluta Oratione & Carmine, extat eius † Confeſſio, ex Vaticano codice: tomo 15. pag. 814.

Q

QVINTVS Iulius Hilarion, ſcripſit Chronicon, ſiue de mundi duratione libellum tom. 7. columna 257. in quo dicit, ſe etiam ſcripſiſſe Librum de die Paſchatis; qui videtur interiiſſe. De hoc authore nulla eſt mentio apud antiquos, qui catalogos Eccleſiaſticorum Scriptorum confecerunt: Ponimus tamen eum V. Sæculo, ſecuti Margarinum Bignæum, qui eum edidit: ſcripſiſſe autem illum circa annum Chriſti 440. apparet, ex eo quod à Paſſione Domini (inquit) vſque ad Conſulatum Cæſaris & Attici, quo tempore ſcribebat, tranſierunt anni 399. &c.

Q. SEPTIMVS Florens Tertullianus Carthaginenſis in Africa Presbyter, vixit II. Sæculo, ſub Seuero & Caracalla Principibus, vt videre eſt in Appendice ad indicem Chronologicum: ** Scripſit plura quæ habentur; ex quibus hic poſuimus Carmen de Iona & Niniue, deſcriptum ex vetuſto exemplari P. Pythoei I.C. opera Franciſci Iureti, qui in illud Carmen Notas edidit, tomo octauo, pag. 938.

R

RHABANVS, ſeu Rabanus Maurus, natione Germanus, ex ciuitate Fuldenſi in Buchonia: dignitate Archiepiſcopus Moguntinus, cùm anteà eſſet Abbas Fuldenſis Monaſterii Ordinis ſancti Benedicti, Albini, ſeu Alcuini Angli quondam Auditor: Floruit Sæculo IX. circa medium. ** Scripſit de Inſtitutione Clericorum ad Heiſtulphum Archiepiſcopum, Libros tres: extant tomo 10. col. 559. Item eiuſdem Epicedion in ſuam vitam, colum. 561. & Epigramma ad Fratres Fuldenſes, col. 562. Vitam eius habes ex Trithemio, quam poſuimus initio tomi 10. cit. Dicitur obiiſſe ad ann. Dom. 855. Bellarm. habet 856. Ludouico & Lothario Principibus, ano. 9. Epiſcopatus ſui.

RABBI Samuel Marrochianus, vixit Sæculo XI. anno Chriſti 1070. ſeu, vt ipſe teſtatur, poſt 1000. annos ab vltima euerſione Ieroſolymæ ſub Tito Imperatore, id eſt, poſt annos 1072. à Natali Domini, non vero anno 1339. (vt falsò autumant nonnulli.) Verùm ille eius liber, qui ſub nomine Epiſtolæ miſſus eſt ad R. IS. ſub anno Domini 1000. tranſlatus eſt de Arabico in Latinum per Fr. Alphonſum Bonihominis, ordinis Prædicatorum, ſub ann. Domini 1339. Vnde occaſionem erroris ſumpſerunt qui eum Sæculo XIV. floruiſſe volunt, traductionem libri pro primigenia compoſitione accipientes. Ille igitur Rabbi Samuël ex Iudæo factus Chriſtianus ſcripſit de

Aduentu Meſſiæ, quem Iudæi temere expectant, librum vnum, in XXVII. cap diſtributum, extat tomo 4. col. 145.

RADVLPHVS de Riuo Decanus Eccleſiæ B. Virginis Tungrenſis, quem iuxta Coccium ſentimus Sæculo XI. vixiſſe; quamquam multi eum in Sæculum XIV. reiiciant. Scripſit librum de Canonum obſeruantia, diſtributum in XXIII. Propoſitiones, extat tomo 10. col. 1103.

REFVTATIO errorum, quibus waldenſes diſtinentur, incerto Authore Sæculi XIII. tomo quarto, parte ſecunda, colum. 819.

Index errorum quibus waldenſes infecti ſunt, qui numerantur vſque ad XXXVII. tomo quarto, parte ſecunda, colum. 831.

Modi duo examinandi Hereticos, tomo 4. part. 2. col. 835.

REINERI Ordinis Prædicatorum qui extat inter authores Sæculi XIII. Liber contra waldenſes in X. capita diſtributus, tomo quarto, parte ſecunda, columna 743. Variæ eiuſdem Reineri Lectiones deprehenſæ in altero codice Manuſcr. extant col. 841.

REMIGIVS Antiſſiodor. Epiſcopus, videtur floruiſſe, iuxta Bellarm. in libro de Script. Eccleſiaſt. Sæculo IX. circa An. Chriſti 890 & ſeqq. (Arnulpho Carolmanni filio in occidente imperante) ſiquidem Fulco Rhemenſis Epiſcopus, qui hoc tempore ſedebat, ad Scholas reſtaurandas Magiſtrum Remigium Antiſſiodorenſem, Rhemos aduocauit, vt teſtatur Frodoardus in eius vita. Vixit etiam anteà Carolo Caluo Imper. Scripſit inter cætera Enarrationem in vndecim Prophetas minores luculentiſſimam vnà cum magnà perſpicuitate mirani breuitatem cumplectentem, tomo primo, colum. 621. Scripſit etiam expoſitionem Miſſæ Sanctorum Patrum Sententiis & Authoritatibus confirmatam, tomo ſexto, col. 441. Hunc, Antiſſiodorenſem Monachum, Sigebertus dicit: dumque Miſſæ Canonem expoſuit, demonſtraſſe, qui & à quibus in ea ſit poſitum vel additum, libro de Viris Illuſtribus, cap. 123.

ROBERTVS de Sorbona, ſancti Ludouici Regis Galliarum Chriſtianiſſimi Pœnitentiarum Oeconomus. Vir multæ doctrinæ & pietatis, qui Collegium Sorbonicum toto orbe celeberrimum Pariſiis inſtituit; floruit Sæculo XIII. circa medium. Scripſit tria Opuſcula: de Conſcientia, tomo quinto, columna 789. de Confeſſione, ibidem, col. 800. & iter Paradiſi, columna 813. Deſcriptam habes initio Operum vitam illius per M D.L.B.

RVPERTVS Abbas Monaſterii Tuitienſis è regione Coloniæ Agrippinæ, Ordinis ſancti Benedicti, vir & vitæ Sanctimonia, & Sacrarum Litterarum peritia præclarus. Scripſit multa opera, quorum Catalogum ipſe ponit in epiſtola dedicatoria ad Cunonem Epiſcopum Ratiſponenſem, cui dedicat de Diuinis Officiis libros XII. Extant tomo 10. columna 849. Vixiſſe referunt tempore Paſchalis II. Pontificis, & Henrici IV. dicti V. Imperatoris, circa Ano. Dom. M. C. XI. hunc enim annum ipſe notat lib. 8. de diuinis officiis cap. 4. De eodem multa colligere licet ex eius epiſtola, col. 849. cit. Itemque ex Bellarmino in libro de Scripturib. Eccleſiaſt. & aliis.

RVRICIVS Lemnucenſis Epiſcopus, Fauſti æqualis, floruit Sæculo V. ſcripſit ad diuerſos Epiſtolarum libros duos, ex quibus (loquit Bellarm. in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt.) colligitur illum vixiſſe, vſque ad annum Chriſti 499. cum diu iàm antea notus eſſet, quia à Sidonio ad ipſum aliquæ Epiſtolæ miſſæ ſunt. Extant illi libri ex editione Henrici Caniſij, tomo 3. col. 369.

RVSTICVS Helpidius, vel vt alij legunt, Helfridius vir Conſularis & Inluſtris, ex-quæſtor, Medicus Theodorici Regis Gothorum, vixit Sæculo VI. Imperante Anaſtaſio: Scripſit carmine hiſtorias quaſdam veteris ac noui Teſtamenti, tomo 8. pag. 706. item Carmen de beneficiis Chriſti, quod extat ibidem, pag. 707.

RVSTICVS ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus & ſecundum aliquos Cardinalis, vixit Sæculo VI. circa annum Dom. 545. & temporibus Vigilij Papæ, à quo etiam propter ſchiſma gradu motus eſt, vnà cum Sebaſtiano, vt conſtat ex ſententia depoſitionis quæ legitur inter epiſtolas Vigilij. Conſule Cardin. Baron. tomo 7. Annal. ad ann. 547. & 548. Scripſit Diſputationem contra Acephalos, extat tomo quarto, col. 793. Vide porro quæ ad illius Opuſculi initium adiecimus.

S

† SALOMON Epiſcopus Conſtantienſis, qui claruit Sæcul. IX. anno Dom. 995. Scripſit † Carmina ad Diadonem, alij Dadonem Epiſcopum, & alios, quæ ex editione Henrici Caniſij extant, tomo 16. pag. 825.

SALONIVS Saluiani Diſcipulus, floruit vt in Saluiano mox inſinuamus, Sæculo V. Verum autem fuerit Viennenſis Galliarum Archiepiſcopus, nec ne, diſputat Cardin. Baron. tomo 6. Annal. ad annum Domini 441. At multa, vt ait Sixtus Senenſis, ſcripſit in ſacram Scripturam egregia Commentaria, ſed ex iis nunc ſolum extat breuis expoſitio per dialogum in Parabolas Salomonis, tomo primo, columna 131. eiuſdem in Salomonis Eccleſiaſten, explicatio myſtica columna 147.

SALVIANVS Preſbyter, & poſtea Epiſcopus Maſſilienſis, æqualis S. Eucherij Lugdunenſis, ſcripſit varia Opuſcula; quæ recenſet Gennadius, ex quibus nunc extant tomo quinto, column. 47. libri 8. de vero Iudicio, & Prouidentia Dei, ſeu de Gubernatione Dei. Item Epiſtolæ ad diuerſos, columna 126. TIMOTHEVS, ſiue libri 4. ad Eccleſiam Catholicam toto orbe diffuſam, columna 135. Hic tamen à Margarino, & Salonius eius diſcipulus inter Authores Sæculi ſexti numerabantur: Nos cum Bellarm. lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt putamus vixiſſe Sæculo V. primus quidem circa annum Domini 460. ſecundus vero ann. 470. Saluianus præfatur ad eundem Salonium Vienonenſem Archiepiſcopum, in libros ſuos de Prouidentia, & alios ad Eccleſiam Catholicam, paulò ſenior non in Epiſcopatu tamen, quam ille: cum enim & Veranium diſcipulos quondam ſuos, admirandiſſimos iuuenes appellat, licet iam tum Magiſtri Eccleſiarum eſſe incœpiſſent, vide quæ adnotauimus ad initium Operum ſancti Salonii, & Saluiani Epiſtola 7. ad Aprum & Verum. 8. ad Eurium Epiſcopum.

B. SAMONA Archiepiſcopus ciuitatis Gazæ, qui vt vult Coccius, vixit XI. Sæculo, (non IX. vt improuisò in indice Chronologico irrepſit.) Scripſit * Diſceptationem cum Achmed Saraceno, ſuper veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia: Perſpicuè docens panem & vinū, per Sacerdotem conſecrata, verum eſſe & integrum corpus ac ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Græcè & Latine, cum notis Gerardi Voſſij. extat tomo 12. pagina 521. Ioannes Garetius Centenario II. ait opinari quoſdam Samonam vixiſſe circa Annum Dom. 1072. & in indice libri de Sacrificio Miſſæ, ait hunc vixiſſe anno 1050. *

SCHOLASTICI cuiuſdam, qui extat inter authores Sæculi XII. † Dialogus, de Deo ad Simonem Theologum, per interrogationes & reſponſiones, tomo 15. pag. 842. d a. †

S. SEDATVS Epiſcopus incertæ ætatis compoſuit † Homiliam de Epiphania Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, tomo 15. pag. 833. b a †

SEDVLIVS Preſbyter Scotus, vide C Cœlius Sedulius.

SERAPION Epiſcopus Thmueos à S. Athanaſio ordinatus circa annum Domini 340. fuit, teſte Hieronymo in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. S. Antonij æqualis, ſcripſit lib. aduerſus Manichæos, Franciſco Turriano interprete, qui extat, tomo quarto, parte ſecunda, columna 855. Hunc Epiſcopum dicit ſcripſiſſe libros de miraculis veteris, & noui Teſtamenti, quos poſtea ſub metricâ lege reductos prætitulauit: Paſchale Carmen, Sigebertus, Libro de Viris Illuſtr. cap. 6.

SENTENTIÆ SS. Patrum de venerandarum Imaginum vſu, comprobatæ in ſancta & generali Synodo, quæ ſeptima Oecumenica appellatur, in quâ Iconoclaſtarum proſcriptâ hæreſi, Sacrarum imaginum reſtitutus eſt cultus. Imperantibus Conſtantino & Irene matre, Anno à Chriſti Natiuitate 756. & eorum imperii VIII. incipiente G. M. T. interpr. Extant Græcè & Latinè tomo 11. pag. 725. **

D. SEVERINI Epiſcopi Incertæ ætatis † Doctrina, ex Biblioth. Regis Chriſtianiſſ & Monaſterii Theologienſis, & ex editione Pariſienſi Pythoëi extat tomo 15. pag. 824. e 1 †

Oppoſitio ex perſona SEVERIANORVM contra fidem orthodoxam, cum reſponſo incerti Auctoris tomo 4. part. 2. col. 1117.

SEVERVS Patriarcha Alexandrinus vixit Sæculo VII. ſecundum Genebrardum in Chronographiâ: ſcripſit de Ritibus Baptiſmi Libellum, tomo ſexto, columna 23. & ** Ordinem oblationis Myſteriorum, ſeu Liturgiæ, & Sacramentorum Rituale, Chriſtianis Ægyptiis idiomate & charactere Syriaco tradidit, mox poſt Mahumeticam tempeſtatem (vt videtur) in captiuorum ſolatium: quod habetur tomo ſexto, columna 34. Item, ** Precationes A. be. ce-dariæ Syrorum, columna 38. Vide Genebrardum in Chronologia, ad Ann. Chriſti 646. vt poſuimus tomo eodem, columna 23. Quæ cautè legenda ſunt, ſatis enim perſpicue ille Author in ſuis Operibus ſe Eutychianum hæreticum, Petri Enaphæi ſectatorem eſſe demonſtrat. **

SEVERVS Rhetor, claruit Sæculo V. ſcripſit Carmen Bucolicum, ſiue de moribus boum, tomo octauo, pag. 579. Ex quo carmine videtur poſſe colligi authorem hunc vixiſſe, non multum poſtquàm Chriſtiana religio toto orbe eſſet recepta, cum adhuc ſupereſſent reliquiæ gentilitatis. Poſuimus autem illum inter ſcriptores Eccleſiaſticos, propterea, quæ in hoc carmine de vſu & efficacia ſigni Crucis ſcribit circa finem: *Hoc ſignum medijs frontibus additum cunctorum pecudum certa ſalus fuit.* Et infra *Nam cur addubitem quin homini quoque ſignum proſit idem perpete ſæculo.*

SEVERVS Sulpitius S. Paulini æqualis, & amiciſſimus fuit vt patet ex Epiſtolis inuicem ſcriptis. Putat Bellarminus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. eum vixiſſe Sæculo V. circa annum Dom. 420. Scripſit libros duos ſacræ Hiſtoriæ, qui extant, tomo ſeptimo, columna 165. De vitâ S. Martini librum vnum, columna 213. Epiſtolas, columna 226. Dialogos tres de virtutibus Monachorum orientalium, & S. Martini, columna 232. Vide de hoc Sulpitio Baron. Tom. 5. Annalium, Anno Chriſti 431. & in Notis ad Romanum Martyrologium 29. Ianuarii. Nihilominus aliqua eius ſcripta caute ſunt legenda. Hunc Seuerum, cognomento Sulpitium nominant S. Ado in Chronicis, & Honorius Auguſtodunenſis, Gennadium ſequutus, libro de luminaribus Eccle-

ſiæ, Cap. 19. cumque omnes inſamant Pelagianiſmi, de quo tamen altum eſt ſilentium in Martyrologio Romano: quod, omnino contra; *apud Bituricas,* (inquit) 4. *Kal. Febr. S. Sulpitij Seueri, Epiſcopi, diſcipuli S. Martini, virtutibus & eruditione conſpicui*: Et Paulinus Epiſcopus Nolanus, Seuerum appellat, Coollantem, exornatque modis omnibus in Epiſtolis quas ad eum ſcripſit. At prætermittendum non puto, alium fuiſſe Sulpitium illum Bituricem, qui ſubſcripſit Concilio Matiſconenſi ſecundo, & quem omnino neceſſe eſt 200. annis, ætate noſtri huius Sulpitij, paulò plus minus fuiſſe iuniorem: cum à tranſitu S. Martini vſque ad annum 31. Guntchramni Regis, numerentur à S. Greg. Turon. anni 318. Concilium vero Matiſcon. celebratum ſit ann. 21. Guntcbramni, vt ex Actis eius conſtat. Præterea: Virginem illam quam ita penitus ab oculis ſe remouiſſe ait Dialogo 2. Cap. 13. vt ne ipſum quidem S. Martinum ad ſe admitteret: in Annalibus Aquitanicis dici S. Triaſiam, quæ cùm ex Græcia in vrbem Pictauienſem, S. Florentiæ comes commigraſſet, paulo ante obitum ſuum, ſit colloquuta quidem cum S. Martino, tamen ita vt mutuo ſe non viderent, intercederentque ferrei cancelli.

SIBYLLARVM Oracula magnæ fuiſſe apud primos Chriſtianos authoritatis nemini in antiquorum Patrum ſcriptis vel leuiter verſato, poteſt eſſe dubium, ad quorum quippe lectionem ipſum S. Paulum Chriſtianos adhortatum fuiſſe, teſtis eſt Clemeos Alexandrinus libro 6. Stromatum. * Extant ea Oracula in 8. lib. digeſta, Græcè & Latinè, adiectis earumdem Sybillarum Oraculis ex Lactantio & aliis, tomo 14. pag. 1. & ſequentibus. In quibus tamen conſtat multa ſub Sibyllarum nomine falsò eſſe inſerta. In indice Chronologico ſunt in Sæculo I. eum tamen certum ſit antiquiora eſſe; ſed ea ibi poſuimus commoditatis gratia. Videat qui volet de Sibyllis plura, apud Sixtum Senenſem lib. 2. Biblioth.

SIDONIVS Apollinaris Aruernorum Epiſcopus, vir nobiliſſimus, floruit medio Sæculo V. ſcripſit multa ſoluta oratione & carmine. Vt refert Gennadius in libro de Viris illuſtribus. Ex quibus † omnia, quæ extant, habentur, Studio Iacobi Sirmondi Soc. Ieſu recognita, tomo 15. pag. 63. & ſeqq.

S. SIMEON ſenior admirandus, STYLITA dictus, quia ſtetit in columna, annis 81. floruit Sæculo V. tempore S. Leonis Papæ & Leonis Imper. circa ann. Do. 445. Putatur ſcripſiſſe Sermonem de ſemper mente complectendo ſuum deceſſum, qui extat tomo 2. columna 73. Idem ſcripſit Epiſtolas pro Concilio Calcedonenſi: quæ an extent ignoro. At earum meminit Cardin. Baron. tomo 5. Annal. ad annum Dom. 458.

SIMEON Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, quem putant floruiſſe Sæculo XII. Scripſit † de Diuino templo, & eius Miniſtris, Epiſcopo, Sacerdote, Diacono, de Sacris eorum veſtibus, & de ſacro-ſancta Myſtagogia, ſiue Miſſa commentariolum ad pios quoſdam Cretenſes, to. 15. pag. 865.

Concluſionum quarundam & Corollariorum facta reuocatio per SIMONEM, Sæculo XIV. ann. 1351. tomo 4. col. 939.

SIVD, ſiue Sifiud, ſiue Sulaka, electus Patriarcha Neſtorianor. ſcripſit fidei profeſſionem, quam ore & ſcripto profeſſus eſt Romæ Sæculo XVI. anno 1553. extat traducta ex autographo Syriaco, per Andræam Maſium, tomo 4. col. 862.

SIXTVS II. Pontifex & Martyr, falsò dicitur ſcripſiſſe Librum ſententiarum Xixti vel Sexti Pythagorici Philoſophi Ethnici, qui extat tomo 5. col. 563. Claruit idem Sixtus Papa, Sæculo III. anno 254.

SIXTVS III. Papa ſedit Romæ Sæculo V. tempore Valentiniani III. Imperat. circa annum Dom. 440. vt ſcribit Bellarmin. in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Scripſit Epiſtolas quæ extant in tomis Conciliorum ex editione Morelli 1636. Huic etiam Sixto attribuitur liber de diuitiis, tomo quinto, columna 573. Liber de malis Doctribus, operibus Fidei, & de Iudicio futuro, columna 601. Liber de Caſtitate, ad quendam vere Chriſtianum adoleſcentem, columna 630. omnia per Iacobum Saluatorem Solanium Margaritanum emendata: contendit idem Bellarm. libro cit. tria hæc vltima opera non eſſe Sixti III. Papæ quia ſunt plena erroribus Pelagianorum. Sixtus autem cùm adhuc Presbyter eſſet, primus damnauit Pelagium, vnde eſt Epiſtola 105. Auguſtini ad Sixtum: ac deinde magno zelo Pelagianos inſecutus eſt, vt teſtatur Proſper.

SOPHRONIVS Presbyter Hieroſolymitanus, Sancti Hieronymi æqualis, vixit Sæculo IV. ſcripſit diuerſa Opuſcula, quorum aliqua recenſet Hieronymus in Catalogo. Putatur huius Sophronij fuiſſe liber de Laboribus SS. Petri & Pauli, ex quo fragmentum aliquod extat, ſub nomine Sophronii Patriarchæ Hieroſolymitani tomo ſeptimo, columna 107. Oratio in Chriſti Saluatoris Natalia, quæ tum in Dominicum diem inciderant; tum & de immani ſæuáque tyrannide Saracenorum, qui per id tempus obſidebant vel occupabant Bethleem, tomo ſecundo, columna 251. Eiuſdem Sanctorum Archangelorum, Angelorum, cæterarumq; cœleſtium Virtutum Encomium: tomo ſecundo, columna 259. illius meminit, meo iudicio, S. Hieronymus in Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo cap. 134. & quem alioqui non puto in Hieroſolymitana ſede, Patriarcham vnquam ſediſſe: cum illum non nominauerit Nicephorus in Chronologiâ.

S. SOPHRO.

S. SOPHRONIVS Epiſcop. ſiue Archiepiſc. ſiue Patriar. LXII. Hieroſol. de quo multa Baron. tomo 8. Annal. vixit Sæculo VII. temporibus Honorii I. P. M. & Heraclij Imperatoris. Initio hæreſis Monothelitarum, ingens fuit defenſor Eccleſiæ Catholicæ. Extat Epiſtola eius ad Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum in VI. Synodo, Actione II. vt refert Bellarm. in libr. de Script. Eccleſiaſt. Extant etiam eius Orationes duæ in Chriſti Seruatoris Natalitia, quæ tum in Dominicum diem inciderant, item & de immani ſæuáque tyrannide Saracenorum qui per id tempus obſidebant vel occupabant Bethleem; tomo ſecundo, columna 251. Eiuſdem, ſanctorum Archangelorum, Angelorum, cæterarumque Cœleſtium Virtutum, Encomium: tomo eodem, columna 259. Eidem attribuitur fragmentum de laboribus, certaminibus & peregrinationibus SS. Petri & Pauli: (æquiori tamen iure putamus eſſe dicti Sophronii Presbyteri, cuius vitam deſcribit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum) quod habetur tomo ſeptimo, columna 107. Vide quæ in titulo eius Orationum poſuimus, tomo ſecundo, columna 251. cit. Obiit ex eodem Cardin. Baronio tomo 8. Annal. cit. dicto Sæculo anno Dom. 634.

ADVERTE obiter huius Sophronij, & illius qui IV. Sæculo floruit, & cuius mox mentionem fecimus & nomen & opera confundi: id Lectori enucleatim examinandum relinquimus.

S. STEPHANVS primus Eduenſis Epiſcopus, viuebat Sæculo X. anno Domini 950. ſcripſit Tractatum de Sacramento Altaris, & iis, quæ ad illud pertinent, tomo ſexto, col. 377.

STEPHANI Pariſienſis Epiſcopi, contra varios in Fide errores, & eorum Profeſſores Anathema, dictum in curia Pariſienſi Sæculo XIII. anno Domini 1227. die Dominicâ, qua cantatur *Lætare Ieruſalem*, tomo 4, col. 917.

STEPHANVS Pariſienſis Epiſcopus LXVII. Frater Ludouici Groſſi Regis Galliæ, ſiue alius eiuſdem nominis & dignitatis, non generis, compoſuit Reſcriptum de quorundam errorum & librorum damnatione, Sæculo XIII. anno 1270. & 1277. tomo 4. col. 928. Eiuſdem, variorum contra Fidem Articulorum damnatio, col. 929.

STEPHANVS Tornacenſis, primo Beati Eurcij Aurelıæ ad Ligerim Præfectus, poſteà ſanctæ Genouefæ Pariſiis Abbas, floruit ſæculo duodecimo, ſcripſit Epiſtolas multas, ab Anno Dom. 1159. vſque ad 1196. quæ ex Bibliotheca Papyrii Maſſoni Pariſiis editæ, extant tomo 3. colum. 755.

SVLPITIVS Seuerus. vide ſuprà Seuerus Sulpitius.

S. SYMMACHVS P. M. LIII. imperante Anaſtaſio, aduerſus quem ſcripſit Apologeticum tomo tertio, colum. 141. Apoſtolicum thronum conſcendit, Anno Chriſti paulò plus minus 500. obiit Anno Domini 514. cui ſuffectus eſt Hormiſdas. Poſuimus eum initio Sæculi 6. **

Ex † vita ſanctæ SYNCLETICÆ X. tomo 15. pag. 853 b1. Adi Authores Sæculi XII. †

T

TATIANVS Alexandrinus Iuſtini Martyris diſcipulus & Sectator, ſcripſit multa ex quibus hic Harmonia quatuor Euangeliorum extat, tomo ſeptimo, col. 1. Sic nominat præſcriptis verbis Authorem huius conſonantiæ quatuor Euangeliorum S. Victor Capuanus, præfatione ſua ad illam, idque ex Euſebio ad Carpianum, nec ex eius ſententia vllus dubitandi locus ſupereſt, quin idem ſit cum Aſſyrio, & ortus non Alexandria quidem Ægypti, ſed altera Aſſyriorum; præſtat tamen in inſcriptione conſonantiæ Euangeliorum, in quam præfatur dictus Victor Capuanus, legere AMMONII ALEXANDRINI, vt putat Baronius, tomo 2. Annal. ad annum Chriſti 174. illam vero quæ tomo eodem colum. 73. ſub nomine Ammonii, qui vixit Sæculo III. habetur, eſſe Tatiani. Hic floreos in Eccleſia fuit, quandiu ab eius latere non diſceſſit, infinita ſcripſit volumina, ex quibus vnus cõtra gentes florentiſſimus liber extat; qui inter opera eius fertur inſignis, vt refert S. Hieron. in libro de Script. Eccl. Imperant. M. Antonio Vero & L. Aurelio Cõmodo, Sæculo II. floruit. De eo plura extant apud Irenæum lib. 1. cap. 31. Euſeb. lib. 4. hiſt. cap. 16. 26. 28. 29. Epiphanium contra hæret. 46. Rhodiginum lib. 3. cap. 50. Item de eodem multa inuenies apud Tertullianum, de præſcriptionibus cap. 52. Clementem Alexandrinum, lib. 3. Stromatum & lib. 2. Pædagogi, cap. 2. ad finem, S. Philaſtrium lib. 1. de Hæreſibus: S. Ioannem Damaſcenum, lib. 6. de Hæreſibus, qui ipſum omnes, inter hæreticos numerant, & hæreſeos Encratitarum Principem fuiſſe tradunt. Vtcumque ſit, cum iudicio & cautela legendus eſt.

TESTAMENTVM XII. Patriarcharum filiorum Iacob habetur, tomo quinto, columna 531. hunc Librum, quia à Margarino in Bibliotheca erat poſitus, nos etiam hic adiiciendum putauimus: nam quamuis ſit Apocryphus, eſt tamen peruetuſtus; quippe cuius meminit Origenes, Homilia 15. in Ioſue, & Procopius in Commentario ſuper 38. caput Geneſeos. Extat in fine Sæculi II.

TETRADIVS Presbyter, Cæſarii Arelatenſis nepos, floruit Sæculo V. ſcripſit, Cæſario dictante, † Regulam quandam pro Monachis, extat tomo 15. pag. 635. †

THALASSIVS humilis Monachus & Abbas, qui floruit Sæculo VII. circa annum Chriſti 640. vt teſtis eſt Coccius,* ſcripſit ad Paulum Presbyterum, de ſincera Charitate, ac vera Continentia, nec-non de Regimine Mentis Hecatontides quatuor, extant Græcè & Latinè, tomo vndecimo, pagina 1179. Scripſit ad eum Maximus Confeſſor, Librum de Scripturæ locis obſcuriobus.

† Ex capitibus THEODORI Edeſſen; L. tomo decimoquinto, pag. 845. d 2. Inter Authores Sæculi XII.

THEODORVS cognomento Abucaræ Epiſcopus Cariæ, ſeu quod idem eſt Carûm immò & Charran, vixit Sæculo IX. poſt medium tempore Baſilli Macedonis & viii. Synodi. Scripſit* diuerſa Opuſcula contra Hæreticos, Iudæos, & Sarracenos. Primùm Ingolſtadii, anno Dom. 1606. Græcè & Latinè, ex Sereniſſ. vtriuſque Bauariæ Ducis Maximiliani Biblioth. in lucem prolata, & ex editione Iacobi Gretſeri Societ. IESV, extant tomo 11. pag 367. & ſeqq. Diſputationis 4. contra Monophyſitas,* cap. 4. & 5. Mahumetem, cum Dæmone, Adamum ad Peccatum illiciente, comparat. Diſputatione autem 6. contra Sarracenos Theopaſchytas, meminit Maxenſis & Magadenſis (melius forè, *Bagadenſis*) Meſquitæ.

THEODORVS Hagiopolitanus, quem vixiſſe poſt Sæculum IV. certum eſt, quia cum quodam Neſtoriano diſputat, ſed quo abhinc tempore incertum, ſcripſit Diſputationes tres per interrogationes & reſponſiones, I. de nomine Dei. II. de Deo, & Deitate. III. Cum Neſtoriano. Extant ex interpret. Fr. Turriani Societ. IESV, tomo 4. part. 2. col. 1140. item,* Græcè & Latinè hæ Diſputationes habentur inter Opera dicti Theodori Abucaræ, cui ab aliquibus tribuuntur, eodem interprete, tomo 11. pag. 421.

THEODORVS in Cœnobio Raithu Presbyter, ſcripſit, teſte Bellar. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. XV. libros de Incarnatione Domini. At nunc habetur* Commentarius de eadem Incarnatione Domini, contra Neſtorium & Eutychem, ſiue Commentatio præparatoria, ſeu exercitatio, ſcripta ad eum qui doceri cupiat, *qui fuerit modus carnis à Deo aſſumptæ atque diſpenſationis, quo've pacto peracta eſt; quæ item ab alumnis Eccleſiæ aſtruantur, aduerſum minus rectè de ea ſentientes;* Godefrido Tilmanno, Chartuſiæ Pariſienſis Monacho, vel, ſecundum alios & vt habetur in hâc noſtra Biblioth. editione, Franciſco Turriano Societ. IESV, interprete, extat Græcè & Latinè, tomo 11. pag. 319. Floruit hic Author Sæculo V. circa annum Domini 460.

THEODORVS Lector ſcripſit duos libros Collectaneorum ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, quam proſequutus eſt vſque ad Zenonis Imperium, tomo 7. col. 625. floruit Sæculo VI. circa ann. Domini 530. vt vult Coccius.

S. THEODORVS Studites, Abbas & Confeſſor, vir admirandus, & potens opere & ſermone, dimicauit pro cultu ſacratum Imaginum, & contra hæreſim defendentem adulterium poſſe fieri licitum ex diſpenſatione, vt teſtatur Bellarm. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. Dimicauit, inquam, vſque ad exilia, carceres, & ſupplicia varia, tandemque Martyrio coronatus eſt, ſub Michaele Balbo, Sæcul. IX. anno Do 826. Aliqui tamen volunt eum tantum obiiſſe Ao. 829. (quo anno mortuus eſt Michaël,) ſub filio eiuſdem Michaelis, Theophilo ſcilicet Iconomacho Imperante. De eo multa Baronius tomo 9. Annal. ad annum Chriſti 798. eiuſque teſtimonium habetur tomo 2. col. 743. Scripſit plurima, ex quibus extant ſermones Catechetici 134. interprete Ioanne Læuincio Belga Canonico Antuerp. tomo 2. col. 603. Sermo in Dominica iv. ieiunii, tomo eodem, col. 735. Teſtamentum ipſius, col. 736. Fragmentum ex Epiſtol. ad Naucration filium: col. 739. Idem Fragmentorum verbis eiſdem habetur, tomo 3. col. 162. Fragmentum ex Epiſtola ad Gelaſium: ex Monaſterio profugum, &c. tomo eod 2 col. 741. Canon in erectione ſanctarum Imaginum: ibid. col. 746.** Item eiuſdem Authoris Notæ & Obſeruationes in eaſdem Catecheſes habentur, colum. 750. de Honore & Adoratione ſanctis Imaginibus exhibenda, tomo 3. colum. 163. Extat etiam apud Surium die 26. Decemb. Vita ſancti Platonis Abbatis prædeceſſoris ſui, ab ipſo conſcripta.

THEODORVS, vel vt alii melius legunt, Flodoardus, ſiue Frodoardus Presbyter & Canonicus Eccleſiæ Rhemenſis, poſteà Monachus & Abbas ſancti Remigii, vixit Sæculo X. poſt medium tempore Lotharii Imperat. Scripſit † Hiſtoriam Rhemenſis Eccleſiæ, libris IV. diſtinctam, ab anno Domini 919. vſque ad 966. quo anno creditur obiiſſe, vt inquit Bellar. in libro de Scriptor. Eccleſiaſt. Hanc ex recognitione D. Georgii Coluenerii Doct. ſacræ Theolog. & Regii atque Ordinarii Profeſſoris Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Petri Præpoſiti, & Academiæ Duacenſis Cancellarii excuſam reperies, tomo 16. pagina 627. cui dicitur addita Appendix, & Catalogus omnium Archiepiſcoporum Rhemenſis Eccleſiæ. Conſule eadem pagina, & ſequentibus, tùm Præfationem ad Lectorem, tùm pag. 628. Authoris eiuſdem vitam, ex his libris conſcriptam per eundem Dom. Georgium Coluenerium, necnon pag. 630. aliorum Authorum de noſtro Flodoardo teſtimonia & elogia; quæ omnia miram tibi de ipſo notitiam conciliabũt. Habes etiam ad maiorem totius Hiſtoriæ dilucidationem eiuſdem Coluenerii Notas, quibus obſcura illuſtrantur

ſtrantur, dubia & inuoluta explicantur, mutila, & deprauata ſupplentur & emendantur tomo eo-
dem. 749. Appendix vero ad Flodoardum, & Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhemenſis, per Dom.
Sonnacium, extat pag. 779.

THEODOTVS, non Ancyranus Epiſcopus, ſed incertæ ætatis Author: Fragmentum ſcri- **
pſit Græcè & Latinè, tomo 14. pagina 160. collectum ex libri 9. cap. 4. Euſebii Pamphyl. Euan-
gelicæ Præparationis.

THEODVLPHVS ex Abbate Floriacenſi Epiſcopus Aurelianenſis, vixit Sæculo IX. cir-
ca annum Dom. 835. tempore Ludouici Pii Imperat. ſcripſit multa Carmine & Proſa, ex quibus
extant, tomo 16. pag. 263. ex Cardin. Baron. tomo 9. Annal. primùm euulgata † Epiſtola ad Preſ-
byteros Aurelianenſes quæ optimis ſaluberrimiſque vitæ Chriſtianæ documentis referta eſt, olim
ex Manuſcr. Bibliothecæ Vaticanæ codice excerpta. Item † Carmina quædam, & alia ab Hen- †
rico Caniſio edita, tomo eodem, pag. 268. quorum aliquot etiam habentur tomo octauo, pagi-
na 848. & ſequentibus, vide eundem Caniſium tomo 16. pagina 270. a 2. circa ea quæ de eodem
Theodulpho ſcribit ad Lectorem. Poteris etiam legere Elogia Doctorum virorum in eundem
Theodulphum initio Operum eius, pag. 263. cit.

THEODVLVS, vel vt alii legunt, Theodolus Presbyter in Cœleſyria, & poſtea Epiſco-
pus, ſcripſit diuerſa Opuſcula partim ſoluta Oratione, partim ſtricta, quorum aliqua recenſet
Gennadius, quæ nunc non videntur extare: feruntur ſub huius nomine Commentaria in Epiſto-
las Pauli, quæ habentur, tomo primo, columna 495. vixit Sæculo V. & obiit, teſte Gennadio,
tempore Zenonis Imperatoris, & clarum eius nomen haberi, ſcribit Marcellinus Comes in Chron.
Indiction. 5.

† Canon, ſiue Canticum THEOLEPTI Epiſcopi Philadelphienſis, ex meditatione extre- †
mi Iudicii, tomo 15. pagina 862. Putant nonnulli eum floruiſſe Sæculo XII.

THEOPHANES Cerameus Tauromeniæ in Sicilia Epiſcopus, qui videtur claruiſſe Sæcu-
lo IX. Scripſit Annales, à Diocletiani temporibus vſque ad Michaelem Imperat. qui necdum ſunt
editi. Diuerſus fuit ab Authore Hiſtor. Miſcellæ Pauli Diaconi, de quo plura habentur ab Henri-
co Caniſio annotata antè prædictam Hiſtoriam, ſcripſit prætereà Homilias in Euangelia Domini
calia, & aliquot Feſta totius anni, quæ ſeruantur Manuſc. Venetiis, & alia necdum edita. Extant ex
ipſius ſcriptis ſaltem, quæ habere potuimus, tomo 16. pag. 811. & 812. † Oratio in Dominicam an-
te Exaltationem pretioſæ & viuificæ ſanctæ Crucis, & † Altera in Exaltationem S. Crucis à Iaco- †
bo Gretſero Soc. IESV editæ. Item † Hymnus in Annunciationem Dei-paræ, quem huic Theo-
phani attribuit Iudoc. Coccius, cum tamen Poſſeuinus attribuat Theophilo Nicæno, tomo 8. co-
lumna 726.

THEOPHILVS Archiepiſcopus Alexandrinus vixit tempore Ioannis Chryſoſtomi, Sæ-
culo IV. circa annum Dom. 390. & S. Hieronymi æqualis fuit, vt Epiſtolæ inuicem ſcriptæ teſtan-
tur: attamen ſcripta eius ex parte interierunt. Extant Epiſtolæ Paſchales, D. Hieronymo interpre-
te tomo tertio, columna 79. & alia quædam opuſcula columna 112. & 119. multa de illo habet Ba-
ronius Tom. 5. annal. de Scriptis vero eius anno Chriſti 412. num. 41. hæc ait, *Reliquit ſui ingenij
monumenta poſt ſe Theophilus, quæ enumerat Gennadius*, & poſt citata verba Gennad. num. 42. *his addi-
mus ſcripſiſſe Theophilum, &c.*

THEOPHILVS Archiepiſc. Antiochenus & Martyr ſedere cœpit Sæculo II. anno 8. M.
Aurelii: Scripſit Commentaria in 4. Euangelia quæ extant, tomo primo, col. 349. Vide ibi præ-
notata.

THEOPHRIDVS Abbas, ſcripſit Sermones duos de Sanctorum Reliquiis & Veneratio-
ne, I. extat tomo 2. col. 353. II. col. 355. quo tempore hic Author vixerit, non ſatis conſtat, poni-
tur quidem à recentioribus quibuſdam, Anno 1120. ſed nullo certo argumento, nos iuxta Anti-
quos Sæculo VII. poſuimus.

THEOPHYLACTI cuiuſdam fragmentum de Riſu & Vociferationibus in feſtis San-
ctorum, extat, tomo ſexto, columna 424. cuiuſnam Theophylacti ſit hoc fragmentum, nobis
necdum eſt cognitum, poſuimus tamen IV. ſæculo, ſecuti Margarinum, à quo illud accepi-
mus.

Legatio Imperatoris Cæſaris Manuelis Comneni Porphyrogeniti Auguſt. ad Armenios, ſiue
THEORIANI (qui eius fuit Legatus) Orthodoxi & viri docti cum Catholico & Generali
Armeniorum Diſputatio & Colloquium Græcè & Latinè, tomo 11. pagina 439. Genebrardus lib.
4. Chronologiæ conatur excuſare Armenios ab errore Petri Gnaphei, iudicet Lector, an rectè ex-
cuſauerit. Edita primùm fuit hæc Diſputatio, Baſileæ, Anno 1578. ex Bibliotheca Ioannis Sambu-
ci, interprete Ioan. Leunclauio. Hic Author floruit Sæculo XII. Anno Do. 1170. & hunc eſſe pu-
to, quem Nicephorus in Chronologia XLVII. Conſtantinopolitanum Epiſcopum numerat, huius
Biblioth. tomo 7.

TIMOTHEVS quidam presbyter Hieroſolymitanus, ſcripſit * Homiliam de Propheta Si- •

meone, Chriſtum in vlnas accipiente, Græcè & Latinè. Laurentio Siſano interprete, tomo 15. * pagina 844. ſcimus hunc Authorem à Coccio poni, anno Chriſti 570. ſed cum nec ex eius ſcriptis, nec ex antiquioribus, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſerunt, aliquid certi de eius ætate habeatur, quarto ſæculo adiiciendum putauimus, in quo inuenies plures, qui idem argumentum de Simeone Chriſto occurrente tractarunt.

TIMOTHEVS, Presbyter Sanctiſs. magnæ Eccl. Conſtantinop. & Vaſorum Cuſtos Sacroſanctæ Dei-paræ, quæ eſt in Chalchoprateis, floruit ſub finem Sæculi V. plurima ſcripſit, reſque eius geſtas habes ex probatis Auctoribus collectas, tomo ſexto Annal. Eccleſiaſticorum, ab Anno Dom. 511. ad 717. Extat huius Biblioth. tomo ſexto, columna 407. Fragmentum *de differentia eorum qui accedunt ad ſanctiſsimam noſtram Fidem.* Cuius quidem fragmenti liber integer reperitur in ** apparatu ſacro Poſſeuini: verbo, TIMOTHEVS. Ab Anaſtaſio Imperatore Hæretico in Sedem Conſtantinopolit. eiecto Macedonio, intruſus eſt: vnde Nicephorus in Chronico eum numerat XLVII. Epiſcopum Conſtantinop. eius verò ſucceſſorem Ioannem Capadocem Presbyterum ſyncellum illius; quod ipſemet indicat ſatis, cum ait: *Sanctiſsime ſacrorum comminiſter Ioannes & mihi omnium dilectiſsimo, &c.* initio Fragmenti eiuſdem. Hæc omnia & multa alia colligere licet ex Theodoro lectore in collectaneis lib. 2.

TITVS Boſtrorum in Arabia Epiſcopus ſub Iuliano Apoſtata claruit Sæculo IV. ſed obiit ſub Valente vt Sanctus Hieronymus teſtatur in libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. Extant eius Libri 3. * contra Manichæos ex Henr. Caniſio, tomo 4. parte 2. col. 877.* Commentarius in Euangelium Lucæ, Græcè & Latinè, tomo 13. pagina 762. quem tamen eiuſdem Titi eſſe inficiatur Bellar. in lib. de Script. Eccleſiaſt. quia in eo comment. citatur Chryſoſtomus, Cyril. Alexand. & Peluſiota qui tantum pueri erant, inquit, cum Titus moreretur.

TRACTATVS Contra errores Græcorum. In quo agitur de proceſſione Spiritus S. de animabus defunctorum, de Azymis & fermentato, & de obedientia Rom. Eccleſiæ tomo 4. colum. 1263. & ſeqq.

TVRCIVS Ruſus Aſterius, vir Conſularis, & Exconſul ordinatus, Flauii Præſidii Collega in Conſulatu vixit temporibus Anaſtaſij I. Imperatoris Sæculo VI. ſcripſit Collationem veteris ac noui Teſtamenti, quæ à quibuſdam Sedulio, ab aliis Claudiano Mamerco Viennenſi Archiepiſcopo, ſolet adſcribi. Extat 8. col. 701.

V

S. VDALRICVS Auguſtanus & Regius Præſul Epiſcopatum iniit Sæculo X. anno Dom. ** 924 eóque 50. functus eſt annos, Hermano teſte, & vt refert Petauius Ration. temporum, lib. 8. cap. 14 Obiit verò Anno 973. Extat eius Cenſura locorum quorundam ex libro ſexto Commentariorum Aponii, Millenario & Centenario numeris, in vetuſto Codice miſerrimè deprauatorum, tomo 1. col. 326. Item, eiuſdem Scholia in aliquot D. Lucæ Abbatis locos, ex eius Summariolis in Cantica, ibidem, col. 348.

D. VENANTIVS, Honorius, Clementianus, Fortunatus Pictauienſis Epiſc. floruit Doctrina & Sanctitate Sæculo VI. tempore Iuſtini Iunioris, circa ann Do. 570. teſte Bellar. in lib. de Ser. Eccleſ. Compoſuit vitam S. Hilarij quæ extat apud Surium die 14. Ianuarij: ſcripſit Carminum, Epiſtolarum & Expoſitionum libros 14. ſcil. de vita S. Martini lib. 4. qui extant tomo 8. pag. 752. ante quos eſt eius epiſtola, quam ſcribit ad Gregorium Papam, pagina eadem. Cætera verò, diuerſis de rebus Opuſcula, tomo eodem pagina 772. in quorum titulo vocatur PRESBYTER ITALICVS

VICTORINVS Afer: vide Marius Victorinus Afer.

VICTOR Presbyter Antiochenus ſcripſit Commentarium in Sacro ſanctum Domini Euangelium ſecundum Marcum, quem poſuimus tomo primo, colum. 403. Arbitramur eum vixiſſe ſæculo 4. ſecuti Peltanum, qui hunc authorem vertit, & eum ante tempora Iuliani Apoſtatæ vixiſſe putat, quamuis poſſit videri hic author Iuliano poſterior: nam in caput 13. Marci: ad illa, *cum videritis hæc omnia*: citat Ioannem Regiæ vrbis Epiſcopum quem dicunt eſſe Chryſoſtomum, qui tempore Iuliani non niſi puer eſſe potuit.

VICTOR quidam Epiſcopus Africanus vixit Sæculo VI. circiter annum Domini 530. teſte Bellarmino in libr. de Script. Eccleſiaſticis. Scripſit fidei ſuæ rationem ad Hunnericum VVandalorum Regem, quam ab ipſo poſtulauerat, tomo 4. col. 401.

D. VICTOR Epiſcopus Capuanus, vixit tempore Iuſtiniani Imper. circa annum Dom. 545. teſte Bellarm. Scripſit, præter alia quæ hîc non habentur, in Tatiani Alexandrini, ſeu Ammonij ** ſanctorum quatuor Euangeliorum conſonantiam, Præfationem. Extat tomo ſeptimo columna 2. Scripſiſſe illum aliquid de Cyclo Paſchali teſtatur Beda, de ſex ætatibus & de ratione temporum cap. 48. virumque ſanctiſſimum & doctiſſimum appellat, libro eodem de Ratione Temporum cap. 49.

VICTOR Victorinus (ſiue Nectarius) Pictauienſis Epiſcopus, non vt olim Pictabicnenſis, vel Pictauionenſis, vt quidam Martianus Victorius Rheatinus in D. Hieronymi Scriptorum Eccleſiaſticorum Catal. M. S. C. fidem, & ipſius D. Hieronymi authoritatem ſequutus: ſic enim illum nominat libro contra Heluidium & contra Vigilantium Epiſt. 75. Aquitanici vero Annal. Nectarium Pictauienſium Epiſcoporum I. agnoſcunt, quem etiam Victorinum dictum ſcribit Demochares, lib. 3. de ritu Miſſæ, ex Catalogo ſanctorum lib. 10. cap. 12. floruit ſæculo III. & Imperante Diocletiano Martyrio affectus eſt anno Chriſti 303. extat ſub huius nomine Commentarius in Apocalypſim, tomo 1 col. 569.

VICTOR Vticenſis, vixit temporibus Zenonis Imperatoris, Sæculo V. circa annum Dom. 490. vt ſcribit Bellarm. in lib. de Script. Eccleſiaſticis, & vt ipſi met Victor teſtatur lib. 3. de perſec. wandalica: ſcripſit autem Ann. 60. poſtquàm Wandali in Africam, ex Hiſpania tranſierunt, de eadem Perſecutione Wandalica in Africa, libros tres, qui extant tomo ſeptimo, colum. 387. Eiuſdem, ſiue alterius (nam ſuprà hæc fidei ratio attribuitur etiam, cuidam Victori Africano Epiſc. qui floruit Sæculo Sexto) Fidei ratio, exigente Hunerico Rege Wandalorum, tomo quarto, columna 401.

VINCENTIVS Lirinenſis, ſiue Peregrinus Presbyter Lirinenſis Monaſterij, natione Gallus, Caſſiani coætanus; qui ſubſcripſit Rhegienſi Concilio in Gallia Narbonenſi, anno Domini 439. loco Epiſcopi Conſtantiniani, vel Conſtantini, aut etiam Conſtantij, ac deinde Carpentoractenſi; anno poſt Concil. Rhegienſe, paulò plus minus 5. vixit Sæculo V. circa annum Do. 440. ſecundum Bellar. in libro de Script. Eccleſiaſt. Scripſit de Prophanis rerum nouitatibus, ſeu pro Catholicæ fidei antiquitate & Vniuerſitate, aduerſus prophanas omnium hæreſeon Nouationes, librum priorem, ſiue vt ipſe appellat, Commonitorium prius, cum vltimis tribus capitulis Commonitorij poſterioris extat, tomo quarto, columna 55. Quæ ſcripſiſſe videtur anno 434. nempe 3. anno poſt Epheſinam Synodum, vt ipſe teſtatur.

VIRGILIVS, ſeu Vigilius Martyr & Epiſcopus Tridentinus, ſiue ſit ille qui in Romano Martyrologio inter Sanctos habetur adſcriptus, ſiue alius quidam, quem ex lib. contra Eutychen conſtat vixiſſe Sæculo V. circa tempora Zenonis & Anaſtaſij Imperatorum. Scripſit † diſputationem B. Anaſtaſij cum Sabellio, Photino & Ario, tomo 15 pag. 654. Item contra Eutychen Libros 5. extant tomo 4. col 491. Omnia nunc primùm recenſita ſtudio Andreæ Schotti Societ. IESV. De VIGILIO multa edoceri poteris ex iis quæ Annotauimus, tomo 15. pag. 651. tum ex verbis Cæſaris Cardin. Baronij comment. in Martyrologium Roman. die 26. Iunij & Tomo V. Annalium Eccleſiaſt. tum Roberti Bellar Cardin. lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis in Athanaſij Operibus & in Vigilio, eodem libro: cuius hæc ſunt verba: *Quis fuerit iſte Vigilius non ſatis conſtat: non.n. poteſt eſſe S. Vigilius Epiſcopus Tridentinus & Martyr: ille n. vixit tempore S. Ambroſij, ad quem etiam eſt Epiſtola eiuſdem Ambroſ. & ex vita eius, quæ eſt apud Lipomanum, & Surium, conſtat eum martyrio coronatum ſub Stilicone Honorij imperatoris duce:* adiunximus etiam pagina ſequenti aliqua verba, ad maiorem eiuſdem Authoris notitiam, deſumpta ex Apparatu ſacro P. Antonij Poſſeuini in Vigilios ex Indice Roman. expurgatorio, Magiſtri ſacri Palatij, In Vigilium: & ex Teſtimonio quodam de B. Vigilij Scriptis. Extat demum Incerti authoris Præfatio in citatam Vigilij Diſputationem tomo eodem, pag. 653. †

Sanctiſſima VIRGO Deipara Maria Sæculi I. eius extat ad ſanctum Ignatium Epiſcopum & Martyrem, Epiſtola quæ ſic inſcribitur, *Ignatio Dilecto humilis ancilla* IESV CHRISTI tomo 11. pag. 2.

VRBANVS IV. Pontifex, Maxim. iniit Pontificatum, Sæculo XIII. Anno Chriſti 1261. ſcripſit Metaphraſim, ſiue Expoſitionem fructuoſam in Pſalmum Dauidis quinquageſimum, extat tomo 1. col. 109.

VVALAFRIDVS Strabo (à vitio oculorum ſic appellatus, inquit Bellarm.) natione Germanus, Abbas Augiæ, claruit Sæculo IX. tempore Ludouici Pij Imperat. Scripſit de Rerum Eccleſiaſticarum exordiis & incrementis Librum, tomo decimo, pagina 661. Scripſit etiam duos libros de SS. Gallo Abbate & Othmaro, quos hic omiſimus, quia extant apud Surium die 16. Octobris & 16. Nouembris. Mortuus eſſe dicitur anno Chriſti 849.

X

